№ 122

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΛΟΓΓΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ

LONGI PASTORALIVM

DE

DAPHNIDE ET CHLOE

LIBRI IV

CVRAVIT

VARIETATEM LECTIONIS AC NOTAS

R. COLVMBANII G. IVNGERMANI

P. MOLLI ET SVAS

CVM

LAVRENTII GAMBARAE EXPOSITIS

ADDIDIT

M. BENI. GOTTLIB LAVR. BODEN

PROF. POES. ORD. APVD VITEBERGENSES

LIPSIAE

SVMTIBVS IO. FRIDERICI IVNII

ꝏ IↃCCLXXVII

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО
УНІВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

Електронний архів ОНУ ім. І.І. Мечникова

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
FRIDERICO EVGENIO
DVCI WVRTEMBERGAE ET TECCAE
COMITI MONTISBELLIGARDI
DYNASTAE HEIDENHEMII
CAET: CAET:
PRINCIPI AC DOMINO SVO
INDVLGENTISSIMO
BENIAMIN GOTTLIB LAVRENT: BODEN

Ex quo licuit auguſtum vultum TVVM, *SERENISSIME PRINCEPS, in hac ciuitate contueri ac venerari coram,* TVAque *ſingularis comitas mihi fecit poteſtatem,* TIBI *aliquid de meo qualicunque penu litterario ſub oculos ferendi, mei me fere poenituit, nihil, quod*

НЕОНУ імені І. І. Мечникова

TE dignum esset, iuuenientem. Malui tamen hoc tenui exilique munusculo defungi, quam omnem plane occasionem, meae in TE pietatis ac reuerentiae publice declarandae, dimittere e manibus, meoque deesse animo, qui gratiae beneuolentiaeque TVAE memoriam quotidie secum circumtulit, nullaque temporis longinquitate conuelli patietur. Accipe igitur, qua polles, gratia, Celsissimae Genti TVAE haereditaria, haec Pastoralia Longi, quae, quum suus et ruri sit honor, Illustrissimus quondam Princeps Nassouiae, D. Guilielmus Fridericus, Belgarum Gubernator, in manibus Molli, Professoris apud Frisios, minime respuit, sed, factus memor, etiam Achillem post arma bellicosque labores ad citharam commeasse, aequus ac lubens sibi dedicari passus est. Nihil dicam de Philippo, celebratissimo illo Duce Aurelianensi, omnes qui Longi scenas sua ipse manu picturae honoribus decorauit, quos deinde magnus artifex affabre graphio reddidit in aere. Aliud est, quod ausus meos TIBI excuset. Scio, TE aliquot abhinc mensibus, quum Ornatissimam Prin-

Principem Filiam in complexum Auguſtiſſimi Sponſi deducebas, in itinere plurima inter omnis aetatis, ſexus et ordinum, effuſa gaudia, nec ruſticos paſtoritiosque cultus ſpreuiſſe, imo potius ex illa pietate agreſti, quae thuris loco TIBI *lacte meroque litarat, pro ſumma, quae in* TE *eſt, humanitate, gratam concepiſſe voluptatem. Siccine vel mihi ſit nonnihil de tanta* TVA *indulgentia ſperandum, ſi hanc ſimplicem ruſticarum amoenitatum picturam ad pedes* TVOS *in ſymbolum debitae obſeruantiae collocare fuerit animus? Noli, o noli,* SERENISSIME PRINCEPS, *tenues ruris opes, quas integra haec mea manus offert, contemnere, quum nihil habeam ſublimius. Maiora dent alii, eaque* CELSISSIMO TVO *Nomine digniora, dent Homerica, quibus Tanto* DVCI *conſecratis, licet in lumina Domus Auguſtiſſimae gloriamque auitam excurrere, nec praeterire laudes bellicas, rebus praeclare geſtis partas, armorumque ſcientia ac rei militaris prudentia incredibili, cuius vi toties cum minore manu longe maioris multitudinis impetum nunc*

ſuſti-

ſuſtinuiſti, nunc repuliſti, ſemper autem peritiſſimi, exercitatiſſimi ſtrenuique imperatoris lauream TIBI *comparaſti. Mihi vero nihil conceditur, niſi in diuinas animi* TVI *virtutes intueri,* TVIque *nobilitatem pectoris, et ſenſum pulchri ac venuſti, beneuolentiamque in fouendis pacis artibus ſtudiisque doctrinae commendare poſteritati. Faxit modo Numen O. M. vt in* TVI *Perſona principum decus per longam annorum ſeriem generi humano interſit,* TVAEque *mentis aequitas perpetua regiarum virtutum* CONIVGIS *ſalute* CELSISSIMAEque DOMVS, *de die in diem laetius efflorescentis, incolumitate, magis magisque ſtabiliatur, vt crebro nouae gratulationes prioribus ſint a bonis omnibus, quorum in numero et me, velim, habeas, ſubiicienda.e. Scribeb. Vitebergae Nundinis Lipſienſium Vernalibus A. C.* ↀIↃCCLXXVII.

LECTO-

LECTORI
GRAECARVM LITTERARVM STVDIOSO

S. D. P

EDITOR

Quae res me haud ita pridem eo mouit, vt Achillis Tatii *fabulam typis repetendam curarem, ea quoque* Longi, *dulciſſimi ſcriptoris,* Paſtoralium *nouam editionem prae caeteris eroticis adornare coegit. Quippe longo abhinc tempore in Soſiorum noſtrorum tabernis vel omnino fruſtra quaerebatur ille liber, communi admirationi ſat diu a Politianis, Muretis, Barthiis, Scaligeris, Trilleris, Chriſtiis, Hereliis etiam atque etiam commendatus, vel, ſi difficulter inuentus eſſet, cariſſimo tamen venibat pretio, quod in exemplaribus antiquis auxerat raritas, in nouiſſimo autem conſtituerat ſplendor operis, elegantibus chalcographicae typographicaeque artis ſubſidiis inſtructi. A manibus haud multis etiamnum teruntur minusque frequenter in catalogis bibliothecarum diuendendarum occurrunt codices huius erotici, vbique fere ſtellula notati. Qnum de ipſo* Longo *nihil ſit, quod edifſeram, quia nihil de eius vita ad nos peruenit, niſi quod Sophiſta fuerit, ac ſaeculo, ni fallor, quarto vel quinto, floruiſſe videatur, age, nonnulla de editionibus huius fabulae, quas omnes in manibus habui, praemonebo.*

Inter rariores rariſſima, vix in ſexcenteſima bibliotheca reperiunda, editio prima numeratur, formis quaternis a Raphaele Columbanio *e bibliotheca* Aloiſii Alemanni *publici iuris facta Florentiae apud* Philippum Iuntam *A. C.* ∞ IↃ XCVIII. *Hic liber tandem Dresda in meas manus incidit, quum iam notas ex bibliotheca Goettingenſi mihi beneuole deſcripſiſſet doctiſſimus* Heymius, *vbi lectores obſeruent, litteris N. et V. codices, nimirum* noſtrum, *i. e. Florentinum et Vrſinianum, notari, atque, vbi varietas lectionis probata fuerit Vrſino, P. eſſe ſcriptum. Nec minus infrequens altera eſt, quae vna cum* Achillis Tatii *ac* Parthenii Nicaeenſis *Eroticis prodiit editionis ex officina Commeliniana A.* ∞IↃCI. *curantibus* Iuda *et* Nicolao Bonuitiis. *Hanc ſerie temporis quidem excipit, ordine vero anteit,* Godofredi Iungermani, *eadem forma impreſſa Hanouiae typis Wechelianis A.* ∞IↃCV. *valore interno nulli, ne ornatiſſimae quidem, ſecunda. Tantam curam vir adprime doctus in recenſendo, interpretando illuſtrandoque, textu poſuerat. Negat quidem* Petrus Mollus, *Snecanus, I. V. D. et graecarum litterarum Profeſſor in academia Franequerana, qui anno ſaeculi ſuperioris* LX. *eosdem libros foras dedit, illas ſe* Iungermani *curas oculis vidiſſe ante, quam ſuae iam fuiſſent typis mandatae atque excuſae. Res vero ipſa docet, paratam huic ingenio fuiſſe diſſimulationem, qua ſingulare plagium protegeretur. Multa enim inſunt, clam* Iungermano *ſubtracta, quae voluit* Snecanus *ſuo ex ingenio peperiſſe videri, vt ſuis locis notaui. Nimium tamen plagiario pudorem imponi, vel ipſum legis Fabiae reum condemnari, nolim, propterea quod longe plura de ſuis copiis addidit, lectu neque iniucunda, neque plane inutilia graecarum litterarum antiquorumque rituum ſtudioſis, licet ingenue ſit fatendum, longius nonnulla eſſe repetita, locis ſimilibus nonnumquam cumulatis ad faſtidium, nec pauca ſatis iam nota viris in hoc litterarum genere verſatioribus. Quo factum eſt, vt ſuos Petrus ille et vituperatores*

ratores haberet et laudatores, opus vero ipsum iamdudum in bibliopolarum officinis deficeret, ita, vt, quemadmodum ex indice bibliothecae Christiae animaduertis, notula raritatis insigniatur. Tandem saeculo nostro splendida veste Longum iterum prodire iussit Nealmus (Neaulme) bibliopola clarus et illustris, graece et latine vna cum emendationibus vncis inclusis Lutetiae Parisiorum anno LIV quaternis, cuius varietatem lectionis ante, quam ipsius libri copia fieret, Lipsiae descripsit Zeunius, collega nobis coniunctissimus. Recte fabula, cuius argumentum in prooemio e tabula picta describenda natum esse fingitur, reuocatur ad picturam XXIX. figuris aeri incisis ab Alderano, (Audran) qui eo tempore ante alios callebat arte laminis aeneis picturas radio inscribendi. Sistunt hae tabulae partes fabellae potiores, quas olim felici manu Philippus, Dux Aurelianensis, lineis coloribusque expresserat, addita tabula, magni Coypelii arte delineata. Neque alia desunt ornamenta initiis et clausulis librorum, ab A. Cochin et a C. Eisen adornata, et a Sim. Fokke in aes eleganter insculpta, quae omnia libri huius praestantiae melius, quam nostris crumenis, respondent. Etenim, et nitidissimis illis picturae linearis tabulis, et exemplorum paucitate, quorum non nisi CXXV. negotiatori librario aes meruisse dicuntur, pretium exardescit adeo, vt nostrae gentis alumni hoc quidem saeculo ilicet ab emtione repellantur. Quis autem sensu boni venustique imbutus, neque is expers litterarum Graecarum, abstinere possit a lectione scriptoris adeo festiui, ad quem nos allicit gratia rerum iucunda, imago vitae rusticae, priscorum hominum integritas, malorum fuga, tot fortunae ludibria et inopinati euentus palmaque nobilitatae virtutis, cum simplici narrationis genere, nullis pigmentis falsisque verborum lenociniis infucato, sed natura magis, quam arte, facundo, et Athenarum proprium saporem redolente. Igitur iubebatur, vt inter principes fabularum Milesiarum scriptores

ſuauiſſimus ille Longus *vna cum ipſis doctorum hominum animaduerſionibus aere parabili in plurium manus perueniret. Quod vt per me fieret, ad quinque illos libros, ſupra commemoratos, textum recenſui, e variis lectionibus Florentini, potiſſimum vero Romani, quem Vrſinianum etiam vocant, multa in eo emendaui, nonnullas etiam lacunas ſupplcui, aliorum ac meis qualibuscunque coniecturis infra ſubiectis. Animus quidem erat mihi, Molli notas excerpere, quia multa inſunt, quae commode poſſint in arctius contrahi, multa ſunt ſuperuacanea, imo ieiuna et vitioſa. Sed auctores fuere docti viri, vt integras adderem, non modo propter tirones, quibus et ſint aliquod intelligendae graecitatis auxilium, et ex grammaticis antiquis, a Mollo ſaepe laudatis, primaria ſubſidia linguae probe adiiſcendae commendent; tum propter eruditos, qui, breuitati ſtudentes, lectorem ſaepe in commentariis criticis ad vberiores has Molli animaduerſiones remiſerint, easque ipſas modo laudent, modo vituperent. Quum vero in his, vt ſupra monui, locus non vnus* Columbanio *vel* Iungermano, *quorum curae in vſum doctorum in primis adſuendae videbantur, deberi animaduerteretur, impediui, vbi fieri poterat, quo minus bis dicta nauſeam crearent legenti ipſamque libri molem nimis augerent praeter vſum. Ita, fonte, vnde hauſiſſet alter, indicato, quae hinc et inde repetita legebantur, ex altero reſecui.*

Vt e regione adponeretur verſio Molliana, quae et in editione Pariſina retinetur, eaedem poſtulabant notae, quod in illis haec interpretatio ſaepe vindicatur. Etenim, niſi periculum fuiſſet, ne, alia ſubſtituta, animaduerſiones illae multis obſcuriores futurae eſſent, prius antiquiorem Iungermani dediſſem, vtpote cui locis quibusdam debetur principatus. Interea loci curaui tamen, vt a ſoloeciſmis, qui magis ſcribentis feſtinationi, quam, vt viſum nonnullis, ignorantiae, tribuendi ſunt, purgaretur, ac ſimul, vbi opus videbatur, componeretur ad ea, quae vel in textu a me ſunt emendata, vel addita. Memoratur quidem a

Bailio

Baillio *voc.* Longus, *item a* Lanceloto *in praefatione ad Longum francogallice versum, (hic enim, quantum e commentariis academiae Parisinae in eius vita didici, ille est Anonymus, qui* Amioti *laborem iterum edidit anno huius saeculi* XXXI. *sine loci mentione) alia Latina versio, quae secundum illum sit antiquior Iungermania. Sed dubito, vtrum haec vmquam extiterit in rerum natura. Certe omnes docti, quibuscum ea de re per litteras egi, oculis eam vidisse, vel in aliquo bibliothecae indice reperisse, negant. Dissident etiam hi duumviri in anno editionis, quem* Bailius *in primo*, Lancelotus *autem in sexto, superioris saeculi, posuit. Videntur Commelinianam, cui* Gambarae Expositi *insunt, cum illa confundere. Praeter ea fuscepérat etiam* Huetius, *quod ipse libro de fabulis Romanensibus p. 67 profitetur, Longum latine interpretandum, sed, falsa ac paene ridicula religione captus, iterum e manibus deposuit.*

Quo maiores gratias agant Francogalli Amioto *suo, quippe qui primus* Longum *reddidit Parisiis* ∞ IↃLIX, *aliquoties postea temporis repetitum ac per Lancelotum a maculis repurgatum; Angli vero* Georgio Thornlejo (Thornley) *qui Londini A.* ∞ IↃCLVII. *ignotum suis hominem ciuitate donauit, maxime vero nostrates viro eleganter docto ac modesto, qui, celato quidem nomine, ab aliis tamen enunciato, Daphnin et Chloen Teutonum oculis subiecit Berolini ante hos XII. annos caste, ac, si perpauca exceperis, fideliter etiam. In quo vehementer probo, quod, quae obscoena viderentur, sine detrimento fabulae mauult omittere, quam cum* Huetio *abiicere omnia. Sequutus est L.* Gambarae *verecundiam, qui non minus in poematio suo libidinis descriptiones praeterierat. Hos ego* Expositos, *ne iniuria temporis perirent, tollendos iussi, primum, quia carmen ipsum se multis veneribus commendat, paucis laborat vitiis, deinde, quia pro versione latina, vel metaphrasi, Longi a multis perperam habetur. Argumentum quidem ex Graeco depromsit poeta, sed vsus liber-*

libertate sua, multis commutatis, multis aliunde translatis, nouum quasi poemation composuit. Non nego, in Commeliniano libro, e quo Gambaram *typis repetendum curaui, quaedam inesse vitiosa: at haec me commouebant, vt rectam, quae meo ingeniolo videretur, lectionem, alio litterarum genere iuncis inclusam, adscriberem.*

Quod vero ad peccata et mea et operarum attinet, de doctis et aequis lectoribus spero, benevole ipsos neque omni sine venia de curis meis esse iudicaturos, si quid humani praeter voluntatem acciderit, quod potissimum de Mollianis metuendum, in quibus, quoniam plures quam mille locos corrigendos videbam (plures forte sagaciores viderint) Spartana profecto fuit opus patientia.

Caeterum opus maioris et ornatus et praestantiae exspectent alio tempore a Viro Clarissimo, Ioanne Baptista Casparo d'Ansse de Villoison, *regiae inscriptionum bonarumque litterarum Academiae, quae Parisiis floret, pluriumque aliarum societatum, celeberrimo sodali, qui, paucis abhinc mensibus, iam operis per aliquod tempus sudantibus, suum euulgandi huius etiam Longi animum mihi significauit. Quam praeclara vero ab eruditione optimi viri, cui et regiis codicibus vti licet, sperandа sint, coniici facile potest ex* Apollonii Lexico Homerico, *quo ab se recens edito de re litterata meruit eximie.*

Prius vero, quam calamum ponam e manibus, summas, quas mente concipere possum, gratias ago habeoque doctissimis viris, qui ad caeteros eroticos, in quibus etiam duo surgent ἀνέκδοτοι, suam mihi operam per litteras promiserunt, ex parte etiam re ipsa conferendi initium fecere, quorum ego nomina suo loco efferam cum debita gloria et praedicatione, additis precibus, vt et in posterum suo me fauore dedignari nolint. Vale. Scrib. Viteb. XII. Kalend. Maias A. C. ∞ IↃ CCLXXVII.

SVM-

SVMMARIVM
LIBRI PRIMI.

Auctor in Lesbo insula picturam amatoriam conspicit elegantissimam, eamque quatuor libris describere adgreditur. Mitylenes in Lesbo (vbi tota haec fabula agitur) situs depingitur. Lamo caprarius, capellam suam sequutus, forte inuenit puellum expositum vna cum crepundiis pretiosis: tollit, educit, nominat Daphnin. Biennio post Dryas, opilio, suam quaerens ouem, in antro Nympharum reperit puellam pari fortuna: educat et vocat Chloen. Dryas atque Lamo somnio viso illos expositos simul ad pascenda pecora foras emittunt. Hi laeti ludibundiue agunt. Ibi hircum insectatus Daphnis incautus cadit cum illo in foueam, lupae capiendae paratam; sed viuus et sanus extrahitur. Desunt aliqua de osculo (vt est coniicere) et initio amoris. *Dorco bubulcus petit Chloen a Dryante sibi vxorem; verum frustra. Lupina igitur pelle velatus insidiose illam rapere satagit. sed a canibus pessime accipitur. Daphnis et Chloe varie inter se afficiuntur. Enarratur a Daphnide fabula palumbis. Denique Tyrii piratae populabundi inuadunt agros et abstrahunt simul Daphnin. Dorco moribundus relictus, Chloen superuenientem et inopem consilii, donat mirabili fistula, cuius inflatu boues abducti naues subuertunt, et sic cum Daphnide emergunt incolumes; piratae vero submerguntur. Tum Dorconem sepeliunt, et consueta repetunt.*

SVMMA-

SVMMARIVM LIBRI SECVNDI.

Vindemia celebratur. Post ad pastum redeunt Daphnis et Chloe. Superuenit ipsis Philetas bubulcus, atque Cupidine et amore sermonem habet longum. Amor inter ipsos crescit. Interim Methymnaei iuuenes sui oblectandi veniunt in agros Mitylenaeos, et venatui, aucupio, et aliis voluptatibus indulgent. Nauem, amisso rudente, vimine alligant litori. Vimen rodit capella. Nauis plena argenti et opum venti vi abripitur. Methymnaei irati autorem inquirunt, et nacti Daphnin male multant. Aduolant rusticani ad opem ferendam. Philetas constituitur iudex. Accusat Methymnaeus. Respondet Daphnis. Datur lis secundum Daphnin. Vt agentes tum Methymnaei a rusticis accepti fustibus se in fugam dant. Reueniunt domum, publice de iniuria illata (falso re exposita) conqueruntur. Methymnaei statim Bryaxin strategum cum decem nauibus mouere iubent contra Mitylenenses omnium inscios. Agunt, ferunt obtia quaeque Chloen simul, et celeriter abnauigant. Daphnis, hoc cognito, mori vult. Eum solantur Nymphae. Pan immittit terrorem (qui graphice describitur) Methymnaeis, et ducem eorum in somnis monet, reducat statim Chloen. Paret dux, et sic ad Daphnin laetum laeta illa reuertitur. Agitant ferias Pani, aduenitque Philetas. Lamo narrat fabulam de fistula. Philetas fistulam suam artificiosissimam dono dat Daphnidi. Daphnis et Chloe inter se amatorium iuramentum coniurant.

SVMMARIVM LIBRI TERTII.

Mitylenaei illa direptione hostili comperta Hippasum ducem cum copiis terrestribus contra Methymnaeos mittunt. Sed res componitur. Hyeme se disiungi aegre ferunt Daphnis et Chloe. Daphnis, ut eam videat, profectus, quasi

quasi aliud agens Dryantis ante casam aucupium exercet. Introducitur a Dryante, et Dionysiis celebrandis interest. Vere exorto, rursus sua pastoralia repetunt. Daphnis ignarum se amoris exercendi dolet. Lycaenium callide eum decipit. Daphnis, praeternauigantibus nautis, edissertat Chloae fabellam de Echone. Proci multi et diuites Chloen ambiunt, Dryante partim eorum petitis aduente. Daphnis vehementer contristatur, vtpote pauper omnino, et omnium rerum egenus. Verum Nympharum ope inuenit crumenam argento refertam. Dat hoc Dryanti et habet sic pactam Chloen; praeter, quod Lamo, cum seruus sit Dionysophanis, dominum hunc suum dicit exspectandum, vt ille ratum habeat. Daphnis donat Chloae eximium pomum.

SVMMARIVM LIBRI QVARTI.

Conseruus quidam Lamonis nunciat mox dominum aduentaturum. Amoenus hortus amoene describitur. Lamo, omnia vt niteant curat, itidem Daphnis et Chloe. Eudromus, quam mox dominus sit aduenturus, indicat. Lampis, bubulcus, iratus, quod frustra Chloes expetiisset nuptias, iratum illis reddere et acerbum dominum auidus, noctu hortum turpiter vastat, inobseruatusque abit. Lamo cum suis die insequenti miseras querelas fundit. Eudromus iterum aduenit, quo adscito in medium consultant. Mox venit Astylus minor herus cum parasito Gnathone. Et Astylus promittit se iis veniam impetraturum a patre ob horti damnum. Gnatho homo paedicator Daphnidi vim inferre nequidquam conatur. Venit mox et Dionysophanes dominus cum vxore Clearista, qui inter alia visit capellas, vbi Daphnidis mirabilem fistulandi artem admirantur. Gnatho Astylum rogat, vt adducat secum Daphnin in vrbem, suae nempe libidinis explendae,

plendae, idque obtinet. Audit clam omnia Eudromus, aperitque Daphnidi. Ibi Lamo tempus esse ratus, Dionysophani omnem rem denarrat, quomodo Daphnis qua inuentus, qua educatus, Dionysophanes et Clearista re accurate perpensa tandem inueniunt, eum esse suum filium. Igitur magno omnium gaudio recipiunt; et Dionysophanes explicat, cur exposuerit. Aduentant rusticani gratulabundi. Chloe interim pecora pascens queritur sui oblitum Daphnin. Rapitur a Lampide. Hoc vbi comperit Daphnis, solus lamentari incipit. Audit Gnatho latens et Chloen liberans Daphnidi adfert, inque gratiam recipitur. Mox Dryas Chloes casum pariter exponit. Eam abducunt secum in vrbem. Ibi in conuiuio apud Dionysophanem Megacles Mitylenensis agnoscit eam suam filiam. Mox nuptiae rure Daphnidi et Chloae celebrantur.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ

LONGI PASTORALIVM

DE

DAPHNIDE ET CHLOE

LIBRI IV

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

MOLL. pag. 1.

ΛΟΓΓΟΥ [1] ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ [2]

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ΕΝ Λέσβῳ [3] θηρῶν, ἐν ἄλσει [4] νυμφῶν [5] θέαμα [6] εἶδον κάλλιστον, ὧν εἶδον.

[1]) ΛΟΓΓΟΣ, Longus. Dubio procul nomen hoc latinum est: quippe quibus longior corporis statura erat, Romanis Longuriones, teste *Varrone*, etiam Longi dicti fuerunt. Anno V. C. 749. Romae consulem nomine Longum fuisse legimus. Ioan. Funccius in chronologia. Quatuor monachi fratres a temporibus Arcadii et Honorii Imper. fuerunt in partibus Aegypti, in Scethi, qui ob corporis proceritatem Longi dicti fuerunt: videlicet Ammonius, Dioscorus, Eusebius, et Euthumus, vita et doctrina celebres. *Nicephorus* lib. 13. cap. 10. De nostro vero nihil comperti habemus, τίς δ' οἱ πόλις ἢ δὲ τοκῆες. Huius nusquam *Athenaeus*, veterum alioquin nomenclator auctorum sedulus, mentionem facit. Non *Suidas*, non *Volaterranus* eius meminere: quamobrem, quisnam is fuerit, aut quando vixerit, ab aliis expectabimus.

MOLLVS.

De Longo apud antiquos scri-

LONGI PASTORALIVM DE DAPHNIDE ET CHLOE LIBER PRIMVS

PROOEMIVM

Cum in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco ſpectaui longe omnium,

quae

ſcriptores nihil ſane me legere memini. Apud recentiores vero aliquoties eum maxime laudatum comperi. Ex quibus tamen, neque quis ille fuerit, neque quando vixerit, potui colligere: hoc igitur alii docebunt. Lectionum varietates, quas in noſtro codice inuenimus, N. litterae ſigno notauimus. Quas vero ex Vrſinianis adiecimus, litterae V. Si quae autem ſunt etiam P. ſigno notatae, eas Vrſino probatas eſſe ſcito.

RAPH. COLVMBANIVS.

2) Ποιμενικά] Latine paſtoralia, intellige πράγματα, ea ſiquidem, quae paſtorum ſunt, vel quae ad paſtores pertinent, hac appellatione veniunt: a *Marone* carmina paſtoralia βουκολικὰ inſcripta fuerunt, tanquam bubula pro paſtoralibus diceret. Tria ſunt paſtorum genera, αἰπόλοι, ποιμένες βουκόλοι, caprarii, opiliones, bubulci, ait *Donatus*: imo etiam plura, vt ſunt porcorum, equorum et animantium reliquorum cuſtodes: itaque per ſynecdochen ex ſpecie

εἶδον εἰκόνος 7) γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος. Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, καταύξυτον.

ſpecie genus appellatur ποιμενικὸν, ſicut βεκολικόν.

Libri huius facit mentionem *Conradus Lycoſthenes in ſuo Elencho ſcriptorum*, edito ann. 1551. *Longus* quidam ſcripſit ποιμενικὰ, id eſt Paſtoralia, quae adhuc graece extant in Italia. Quae ſua aetate extare in Bibliotheca Strozae ſcripſit Geſnerus.

MOLLVS.

Quidquid in laudem feſtiuiſſimi auctoris dictum fuerit a pluribus, fuere tamen inter ipſos librorum cenſores, qui ne ſtilum Longi quidem noſſent. *Bernardus a Mallinckrot* in *Paralipomenis de hiſtoricis graecis* pag. 39. hoſce libros *heroico carmine* ſcriptos eſſe autumat, licet eo tempore graecus textus iam quater eſſet typis excuſus. Eumdem errorem errauit *Morerius* in *Diction. Hiſtor.* T. II. p. 441. ſcribens: *Il laiſſa quatre Livres de vers Paſtoraux ou Eglogues.* Decepti vero ſunt boni viri *Laurentii Gambarae* metaphraſi poetica, quam infra dabimus.

BODEN.

3) Εν λέσβῳ.] Λέσβος, Leſbos inſula in Aegeo, dicta a λαιὸς βίος, h. e. ſiniſtra, vel praua vita: vel a λᾶος βίος: ſolet quippe frequenter larga τροφὴ in μάργων τρυφὴν, h. e. libidinoſum luxum vertere. Nam Leſbus inter Graecos aeque male audiit, ac Sodoma olim inter Chananaeos. Hinc λεσβίζειν et λεσβιάζειν, eſt Leſbios obſcoenis, atque execrandis imitari moribus. Alii dictam volunt a nomine vrbis eius regionis principis, potentiſſimaeque. Sunt, qui appellatam tradunt a Leſbo Japeti filio, qui in inſulam eam nauigauit. P. Mela: Leſbos eſt in Troade, haud procul a Tenedo. Ambitus eius eſt ſtadiorum centum ſupra mille, quemadmodum *Strabo* libr. 13. teſtatur, h. e. 24. fere miliar.

quae oculis vſurpaui vnquam, ſpectaculum pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem, hiſto-

 riam-

liar. Germanicorum. A Borea protenditur in Auſtrum, quingenta et ſexaginta habens ſtadia feraci agro; et multa materia claſſibus conficiendis idonea: vnde non nullis μακαρία, i. e. beata dici meruit. Vrbes in ea memoratu dignae fuere Mitylena, cuius paulo poſt mentio fiet, a qua poſteriori ſeculo tota inſula denominata fuit. Vulgo Metellinum et Metelin, Pyrrha, Ereſſos, Antiſſa, Methymna, de qua libr. 4. in princ. Ex inſula hac prodiere Pittacus, vnus ex ſeptem Graeciae ſapientibus, Alcaeus, Sappho, mulier poetices peritiſſima, quam Strabo θαύματόν τι χρῆμα, foeminam admirandam appellat. Haec patria Theophraſti Philoſophi, quem Ariſtoteles ſucceſſorem ſibi habuit.

MOLLVS.

4) Εν ἄλσει] Αλσος, lucus, ſaltus, vbi ſtirpes ἄλλονται, h. e. ſaliunt. Poteſt etiam verti viridarium: *Suet.* in *Tib.* militem praetorianum ob ſurreptum e viridario pauonem capite puniuit. Luci antiquis ſacri erant, quapropter nefas eos caedere. Ea propter Heſiodus ἱερὸν ἄλσος dixit. *Tacit. Annal.* lib. 14. Praeſidium poſthac impoſitum vicis, caeſique luci, ſaeuis ſuperſtitionibus ſacri. *Plinius* libr. 12. c. 1. lucos dicit fuiſſe, Numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiamnum Deo praecellentem arborem dicare. Inde factum, vt rami ſyluarum ſertis coronarentur, non aliter ac Dii. *Ouid.* 8. *Metamor.*

Verba Lelegis:

Equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos, ponensque recentia dixi,
Cura Deum Di ſint, et qui coluere, colantur.

IDEM.

5) Νυμφῶν] Νύμφη, ſponſa, noua nupta, Graecis dicta quaſi νέα φάνυσα. Antiquitas Nymphas fontium, montium, ſyluarum praeſi-

des

ρυτον. μία πηγὴ 8) πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα, καὶ
pag. 2. τύχην ἔχουσα περιττὴν, καὶ τέχνην ἐρωτικήν· 9) ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ἦσαν, τῶν μὲν νυμφῶν ἱκέται, τῆς δὲ εἰκόνος θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι 10) παιδίῳ ἐγκείμενα· ποίμνια τρέφοντα·

des appellauit. *Scholiastes in Theocritum*, Nymphas esse dicit, τὰ ἐν γυναικείῳ χρήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμενα, h. e. spectra muliebri forma in montibus apparentia, quae proprie Graecis ὀρεσιάδες dicuntur.

Νύμφαι ὀρεσιάδες, κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο.

Nymphae monticolae, filiae Iouis aegidem quatientis.

Neque duntaxat montium, sed et syluarum, ac locorum credebantur esse, *Hom. Il.*

Οὔτ' ἄρα Νυμφάων, ταὶ τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται.

Neque sane Nympharum, quae nemora pulchra habitant. Hae a Graecis vocantur ἁμαδρυάδες, item δρυάδες, ita procul dubio dictae, quod cum quercubus nasci, et vna cum iisdem interire crederentur: dictae et ἀλσειάδες, ab ἄλσος, i. e. lucus, cui praesidebant, cuiusmodi videntur fuisse illae ipsae, quarum hoc loco fit mentio. Quae floribus et pascuis praesidebant, Napeae et ἐπιμηλίδες dicebantur. Praeerant et fluuiis.

Homerus:

— νέμονται

Καὶ πηγὰς ποταμῶν, habitant et fontes fluuiorum. *Odyss.*

Νύμφαι κρηναῖαι, Nymphae fontanae.

Nymphae aquarum dicebantur, Ναΐδες, Νηρείδες, ὑδριάδες, κρηνίδες, ἐπιποταμίδες, h. e. Naiades, Nereides etc. Quae numina cumprimis colebant pastores. IDEM.

6) Θίαμα] Editio Paris. θιαμάτων. BODEN.

7) Εἰ-

riamque amoris continentem. Lucus ille amoenus erat, vtpote arboribus, floribusque densus, aquis irriguus. Cuncta fons vnicus, etiam flores et arbores, vegetabat: at eo iucundior haec pictura, quod eximiam quandam fortunam, artemque amandi haberet, adeo vt multi peregrini, fama exciti, huc ventitarent, cum Nymphis supplices, tum spectatores imaginis

 huius

7) Εἰκόνος] N. et V. εἰκόνα. COLVMB.

Εἰκόνος γραφήν] Vtrum hic legendum sit εἰκόνος, an εἰκόνα per appositionem, vt Gramm. loquuntur, siue participio subintellecto aliquo, vt περιέχουσαν, aut simili, manum non verterim. Nam genitiuus poterit subsistere, cum eadem loquendi forma vsus sit *Achilles Tatius* libr. 8. quando loquitur de tabula, quae continebat fabulam Europae atque Iouis: περιιὼν ἦν καὶ τὴν ἄλλην πόλιν, καὶ περισκοπῶν τὰ ἀναθήματα, ὁρῶ γραφὴν ἀνακειμένην, γῆς ἅμα καὶ θαλάσσης. Εὐρώπης ἡ γραφὴ etc. Deinceps cum alia ciuitatis loca perlustrarem, ac in Deorum templis munera tholis suspensa contemplarer, video tabulam, terram ac mare, nec non Europae fabulam continentem. MOLLVS.

8) Μία πηγὴ] *Diodor. Sicul.* lib. 1. εἶχε δὲ πηγὴν μεγάλην, ἐξ ἧς ἀρδεύεσθαι συνέβαινε τὸ φυτούργιον. IDEM.

9) Καὶ τύχην ἔχουσαν περιττὴν καὶ τέχνην ἐρωτικήν] Mutatur in aliis ordo, secundum edit. Parisin. Καὶ τέχνην ἔχουσα περιττὴν, καὶ τύχην ἐρωτικήν. BODEN.

10) Σπαργάνοις κοσμεῖσαι] Non dicit simpliciter, ἐσπαργάνωσαν, fasciis inuoluerunt; sed ἐκόσμησαν. Ideo quod nobili et splendidiore familia nati infantes σπαργάνοις distingui soleant a plebeiis. Hinc *Commodus* apud *Herodianum* gloriatur, μὴ πεπαρθῆναι ἰδιωτικῶν σπαργάνων, h. e. sese intactum fuisse plebeiis fasciis. Atque alicubi

φοντα·11) ποιμένες ἀναιρούμενοι·12) νέοι συντιθέμενοι· λῃστῶν καταδρομή· πολεμίων ἐμβολή· πολλὰ ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντά με καὶ θαυμάσαντα, πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμην,13) ἀνάθημα μὲν ἔρωτι, καὶ νύμφαις, καὶ Πανί· κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται· καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται· τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει· τὸν οὐκ ἐρασθέντα παιδεύσει. πάντως γὰρ οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν.14) Ἡμῖν καὶ ὁ θεὸς παράσχοι15) σωφρονοῦσι16) τὰ τῶν ἄλλων17) γράφειν.

ΚΕΦΑΛ.

cubi homini ignobili obiiciuntur, τὰ ἐντελῆ τῆς γενέσεως σπάργανα, h. e. viles et plebeiae fasciae, quibus in pueritia fasciatus fuerat. MOLLVS.

11) Ποίμνια τρέφοντα] Per ποίμνια videtur intelligere capram atque ouem, a quibus Daphnis ac Chloe sunt enutriti. Nisi quis malit legere ποίμνια τρεφόμενα, greges, qui pascebantur. IDEM.

12) Ποιμένες ἀναιρούμενοι] Verti, pastores tollentes, nimirum infantes; quippe interfectos pastores interpretari, rerum gestarum veritas minus permittit, cum legamus vnicum tantum bubulcum, nomine Dorconem, a praedonibus periisse. Imo dicit et postea, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος, tollit infantem. IDEM.

13) Ἐξεπονησάμην] Proprie elaboraui, labore meo confeci. IDEM.

14) Ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν] *Publius*: *Amor, vt lacryma, oculis oritur, in pectus cadit.* V. *Barthium* p. 171. sqq. ad *Claud.* BODEN.

15) Ἡμῖν

huius futuri. Erat in hac videre tabula, mulieres suos enixas partus, alias infantulos fasciis adornantes expositos: pecudes eos alentes: pastores tollentes: iuuenes societatem componentes: latronum incursionem: hostium impressionem. Multa praeterea alia, at omnia amatoria, mihi contemplanti, atque admiranti, cupido incessit, commentaria huncce in tabellam scribendi. Itaque, perquisito huius picturae interprete, quatuor conscripsi libros, donum Cupidini, Nymphis, Panique consecratum: rem cunctis iucundam hominibus, quae et aegro medelam afferet, et moerentem consolabitur; amore capto memoriam refricabit, eius immunem erudiet. Nullus quippe omnino amorem effugit, aut effugiet, vsquedum venustas fuerit, et oculi viderint. Det nobis Deus, vt caetera castis modestisque scribamus. CA-

15) Ἡμῖν ὁ θεὸς παράσχοι] Voto tandem concludit τῆς πραγματείας ὑπόθεσιν. Admodum id familiare est poëtis, vt initio operis sui Musarum opem implorent. Idem nonnunquam faciunt oratores et philosophi. Socrates ille φιλοποιητὴς apud Platonem: ἄγετε, ὦ μῶσαι, ξύν μοι λάβεσθε τῆ μύθε, agite, Musae, exordimini vna dicere. MOLLVS.

Ex scriptoribus prosaicis ab numinis inuocatione librum suum orsus est et *Iamblichus* de vita Pythagorae: Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ὁρμῆς θεὸν δήπου παρακαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν. Vide plura exempla excitata a *Barthio Aduersa.* L. LVII. cap. 17. item a *Turnebo Aduersa.* Lib. XIV, cap. 13. Tandem in desuetudinem abiit hoc exordiendi genus, tamquam nimium commune et peruulgatum, quod *Asconius* docet ad *Ciceronis* librum de *Diuinatione.* BODEN.

16) Σωφρονῶσι] Sententia est

ΚΕΦΑΛ. α'.

pag. 3. Πόλις ἐστὶ[1]) Λέσβος, Μιτυλήνη,[2]) μεγάλη καὶ καλή, διείληπται γὰρ εὐρίποις[3]) ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ, καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστῇ

est ambigua. Nam si referatur ad antecedens ἡμῶν, hic sensus est, vt nos sana siue casta mente scribamus: sin referatur ad lectores, vt haec castis scribamus.

MOLLVS.

[17]) Τὰ τῶν ἄλλων] Verti caetera, reliqua: quia Graeci dicunt τὰ δὲ τῶν ἐλπίδων, pro ἡ ἐλπὶς spes; Τὰ τῆς ἐκστρατείας, pro ἡ ἐκστρατεία, ipsa expeditio; τὰ τῶν γραμμάτων, pro γράμματα, τὰ τῶν βαρβάρων, pro βάρβαροι. Nisi quis malit τὰ τῶν ἄλλων, πράγματα, vel ὄντα exponere, aliorum fortunas, casus, etc.

IDEM.

[1]) Πόλις ἐστί] Talis descriptio Alexandriae, atque eiusdem laus extat apud *Achill. Tat.* libr. 5. initio: Τριῶν δὲ πλεύσαντες ἡμερῶν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤλθομεν etc.

IDEM.

[2]) Μιτυλήνη] Vrbis nomen, dicta, vt *Diodor. Siculus* libr. 4. refert a Μιτυλήνῃ, filia Machari. Erat haec vrbs sita in Lesbo, a cuius nomine postea tota insula Mitylene nomen fortita fuit, inter Methymnam et Maleam, a Malea distans septuaginta stadiis. Vrbs haec rebus omnibus instructa fuit, duos habens portus, quorum australis quinquaginta triremium ac nauium capax erat: borealis vero magnus ac profundus, aggere protectus. Vitruuius hanc vrbem testatur magnificenter et eleganter aedificatam fuisse, sed non prudenter positam: in qua auster cum flat, homines aegrotant: quum corus, tussiunt: quando septentrio, sanitati pristinae restituuntur. Huius vrbis facit et mentionem D. *Lucas Act.* 20. v. 14. ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην, recepto

CAPVT I.

Est in Lesbo ciuitas, nomine Mitylene, magna atque pulchra. Diuisa enim est fossis, in mare sese exonerantibus, ornataque pontibus, polito

pto eo venimus Mitylenen. *Cicero* contra *Rullum*, Mitylenas vocat vrbem et natura, situ, et descriptione aedificiorum, et pulchritudine inprimis nobilem, agros iucundos et fertiles.

IDEM.

3) Εὐρίποις] Εὔριπος ab εὖ et ῥίπτω, quia facile proiicitur, seu reiicitur. Proprie pars maris, quae est inter Aulidem Boeotiae portum, et Euboeam insulam, quae septies, aut saepius potius, vt inciderint passim venti, quemadmodum Liuius existimauit, die ac nocte reciprocatur, quod Seneca his testatus est versibus, in Hercule Oetaeo.

Euripus vndas flectit instabilis vagas,
Septemque cursus flectit, et totidem refert,
Dum lassum Titan mergit Oceano iubar.

Suidas: Εὔριπος, πέλαγος στενὸν, ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν, τυτέστι βοιωτίας καὶ ἀττικῆς. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται, h. e. Euripus, angustum mare, vel aquosus locus inter duas terras, hoc est inter Boeotiam et Atticam. Septies autem quotidie eius aqua mutatur. Hinc riuuli quoque e mari, aut alio flumine, per locum aliquem deducti, Euripi nomen adepti fuere, ab illorum euriporum similitudine, qui in mari sunt, terra vtrinque septi. Et eo modo hoc loco sumitur. *Hesych.* certe εὐρίπους interpretatur, τόπους πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ὑδάτων, vt sunt, quos Latini vocant lacus, lacunas, stagna, cisternas. Tales riuuli nostratia oppida in Frisia pulcherrime distinguunt, ac dissecant. Olim Romae in profanas aedes aquae, circum theatra, per fistulas

ςῦ καὶ λευκοῦ λίθου. νομίσαις 4) ἀ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. Αλλὰ ἐκ ταύτης 5) τῆς πόλεως τῆς μιτυλήνης ὅσον ἀπὸ ςαδίων διακοσίων, 6) ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα· πεδία πυροφόρα· γήλοφοι κλημάτων· νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἐπ' ἠϊόνος ἐκτεταμένη 7) ψάμμῳ μαλθακῇ. 8) Εν τῷδε τῷ 9) ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τὄνομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον 10). δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη κάτω βάτων· 11) καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ενταῦθα ἡ αἶξ θέουσα συνεχὲς, ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις, καὶ τὸν ἔριφον ἀπολιπᾶσα, τῷ βρέ-

las aut tubos immissae, euripi dicebantur. *Cic.* libr. 5. *de legib.* Ductus aquarum, quos illi Nilos euriposque vocant, quis quum viderit, non inviserit. *Suet.* Circensibus spatio circi ab vtraque parte producto, et in gyrum euripo addito. *Ael. Spart.* in *Heliogab.* Euripis vino plenis nauales circenses exhibuit. *Ioseph.* in *antiq. Iud.* περιήγαγον ἔυριπον μίγαν καὶ βαθύν, circumduxit euripum magnum ac profundum. IDEM.

N. Εὐρίπες ἐπεισρεύσαις τῇ θαλάττῃ. COLVMB.

Hanc lectionem pro vitio vel librarii, vel typographi, habeas. Retinui veterem: εὐρίποις ὑπεισρεύσαις. Tulerim tamen etiam ἐπεισρεύσαις. BODEN.

4) Νομίσεις] N. et V. νομίσαις. P. COLVMB.

Pro νομίσεις leg. νομίσαις. MOLLVS.

5) Αλλὰ ἐκ ταύτης] V. ἀλλὰ ταύτης. COLVMB.

6) Pro ἑκοσιν leg. διακοσίων. MOLLVS.

7) Pro ἐν ἠϊόνι ἐκτεταμένης leg. ἐπ' ἠϊόνι ἐκτεταμένη. IDEM.

8) Pro

lito candidoque lapide compositis: putares, non vrbem, verum insulam, videre te aliquam. Hac ab vrbe ducenta circiter distabat stadia, viri opulenti cuiusdam ager, possessio pulcherrima: montes ferarum, prata tritici feracia: colliculi palmitibus, pascua gregibus abundabant. Mare in littore protento arenam alluebat mollem. Hoc in agro pecudes pascens caprarius quidam, nomine Lamon, capram offendit infantulum nutrientem. Sylua erat, nemusque arbustis, virgultis, atque rubis densum. Insuper hedera inerrans, nec non mollis herba, in qua iacebat infans. Quo continuo accurrens capra, non semel oculis subducebatur,

8) Pro ψυχαγωγίας μαλθακῆς, leg. ψάμμῳ μαλθακῇ. IDEM.

Longus varie deprauatus. In Commeliniana legebatur perperam: Καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι, ἐκτεταμένης ψυχαγώγιο (forte ψυχαγώγιον scriptum fuerat) μαλθακῆς. Aliae: Καὶ ἡ θάλ. πρὸσ. ἐν ἠϊόνι ἐκτεταμένης ψυχαγωγίας μαλθακῆς. Ego vero praetuli codicum lectionem, quam *Vrsinus* probauit, et ex parte noster ipse *Mollus*. BODEN.

9) Ἐν τῷδε τῷ] Ita principes editiones. *Mollus* dederat: ἐν τῷ δὲ ᾧ ἀγρῷ. IDEM.

10) Παιδίον ὑπ' αἰγὸς τρεφόμενον. *Lucian. de sacrific.* Idem de Ioue: ἐς τὴν κρήτην ἐκτισθεὶς, ὑπ' αἰγὸς ἀνετράφη, καὶ ὁ πέρσης κῦρος ὁ πρότερον ὑπὸ τῆς κυνὸς. Iupiter in Cretam expositus a capra fuit educatus, primusque Cyrus Persa a cane. MOLLVS.

Vid. *Caroli Frid. Pezoldi* Diss. de *hominibus a bestiis nutritis*. BODEN.

11) Pro λόχμη κάτω βέ-

των,

βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς διαδρομὰς ὁ Λάμων, οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον, καὶ μεσημβρίας ἀκμαζούσης κατ' ἴχνος ἐλθὼν, ὁρᾷ τὴν μὲν αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς βλάπτοι παιδίον· τὸ δὲ, ὥσπερ ἐκ μητρώας θηλῆς τὴν ἐπιρρυὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος,[12] καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄρρεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. Χλαμύδιόν[13] τε γὰρ ἦν ἁλουργές.[14] καὶ πόρπη χρυσῆ,[15] καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον.

των, leg. λίχμη βάτων.
MOLLVS.

N. λόχμη βάτων.
COLVMB.

Malim: λόχμη κατὰ βάτων. BODEN.

12) Ἐπιρρυὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος] *Theodoretus* simili phrasi vius loquitur noſtro de Saluatore, oratione 10. Οὕτω τοίνυν γυμνωθεὶς ὁ δεσπότης Χριστὸς, ἕλκει μὲν μητρῴαν θηλὴν παραπλησίως ἡμῖν. Alibi dicit τὴν θηλὴν ἕσπασαν. MOLLVS.

13) Χλαμύδιον] Diminutiuum a χλαμὺς, chlamys, paludamentum, a χλαίνω, calefacio, quia corpus munit aduerſus frigus. Numa, Rex ſecundus Romanorum, cum Iſaurorum, vel vt alii, Albanorum legationem accepiſſet, atque illorum geſtaminis figuram et formam animaduertiſſet, ab illis acceptam inuenit chlamydis geſtationem et veſtem, coniuncta regia veſte cum ſenatoria: non extrinſecus addens, at intrinſecus adiiciens purpurae tincturam, vt horum vtroque corpore vnum conficeretur. Vide ſis *Suidam* in voce Χλαμύς. *Virgilius* dat chlamydem Didoni libr. 4. Aeneid.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Conuenit deliciis etiam hoc geſtamen, vt patet ex *Polluce*:

tur, ſuoque relicto foetu apud infantulum permanebat. Lamon tandem miſertus neglecti hoeduli, vltro citroque curſitationem obſeruat. Soleque iam ad altitudinem mediae lucis producto ſequens veſtigia, obſeruatam capram videt infantem circumeuntem, ne calcando vngulis laederet, cauens. Ille autem, vt par eſt, miratus, accedensque propius, infantem inuenit maſculum, magnum atque formoſum, lac haud ſecus quam maternis educentem mammis, inſuper faſciis inuolutum, longe praeſtantioribus, quam pro expoſiti fortuna. Erat quippe

luce: πρώτη δὲ, φασὶ, Χλαμύδα ὠνόμασε Σαπφὼ ἐπὶ τῷ ἔρωτος, εἰπέσα, ἐλθόντ' ἐξ ἀέρων πορφυρᾶν ἔχοντα προϊέμενον Χλαμύδα. IDEM.

14) Αλυργές] Dicitur et ἀλυργὴς et ἄλυργος, purpureus, purpuriſſatus; dictum hoc nomen, quaſi ἁλὸς ἔργον, i. e. maris opus: quippe πορφύρα, purpura, eſt concha nobiliſſima, cuius ſucco, quem mediis in faucibus habet, veſtes tinguntur. Purpura apud omnes ferme gentes in pretio extitit, quam Romani fecere tanti, vt eius tinctura, eiusque commercio priuatis interdixerint. l. 1. Cod. quae res venire non poſſunt. IDEM.

15) Πόρπη χρυσῆ] Πόρπη fibula, a πείρω figo, quia infigitur, vt affigat. *Pollux* ait, veſtes connecti ſolitas ſignate circa humeros, περόναις κατὰ τὰς ὤμους δήσετο. *Nonnus* libr. 1. intellexit fibulam illam, canens, Νεβρίδα σφίγξατέ μοι στέρνοισι, ceruinam mihi adſtringite pectori. Quando venatum Didonem proficiſcentem depingit *Maro* libr. 4. Aeneid. ita fatur:

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Ex more venantium foeminarum, quibus veſtis ſubſtricta fibula, ne impediantur. *Philoſtratus iunior* dat fibulam Atalantae venatrici

πον.[16]) τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γνωρίσματα βασάσας,[17]) ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους. Ἔπειτα

natrici, τῆς ἐσθῆτος εἰς περόνας συνηγμένης, veſte ad fibulas contracta, addita ratione, διὰ τὸ ἔτοιμον εἶναι, vt prompta ſit ad agendum. IDEM.

16) Ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον] Ἐλεφαντόκωπος, comp. ex ἐλέφας, ebur, et κώπη, manubrium, capulus. Hinc ἐλεφαντόκωπον ξίφος, gladius eburneum capulum habens. Huiusmodi gladius ſolet eſſe decus, et tutamen in armis. Vnde Reges et magnates legimus ſibi curare ſolitos e dentibus elephantorum conficiendos enſes. *Heliodor.* libr. 2. *Aethiopic.* ſcribit, gladium Thyamidos habuiſſe caelatam aquilam in ebore: ἐλέφας οἷς ἀετὸν ἐκτετύπωντο, aquila ebore caelata eſt. Tangit hunc morem *Plin.* libr. 33 c. 12. Et quid attinet haec colligere, cum capuli militum, ebore etiam faſtidito, caelentur argento, vaginae batillis, baltea laminis crepitent? *Ouid. 7. Metamor.* id ipſum ad morem vetuſtiſſimum referre videtur. Narrat enim, ſuae vxori vterum ferenti, adductaeque ad ſaxum ſoli, Aegea, Athenarum Regem, gladium, cui eburneus erat capulus, calceosque ſubieciſſe, mandato addito, vt, ſi prolem maſculam enitereretur, hunc enſem cum calceis tolleret, filioque, vbi ad adultiorem peruenisſet aetatem, traderet.

Cum pater in capulo gladii cognouit eburno.

IDEM.

17) Τὰ γνωρίσματα βασάσας] Eſt autem γνώρισμα a γνωρίζω, notum facio, et γνωρίζομαι, fio notus, innoteſco. Dicuntur etiam σπάργανα, faſciae, quibus infans inuoluitur: Συνθήματα, ſigna, quae ex compoſito dantur. *Donatus*, enarrans verba illa Comici: ciſtellam, Pythia, domo eſſer: monumenta eſſe inquit, quae Graeci γνωρίσματα et σπάργανα appellant: ſed

quippe illi chlamydula purpurea, quam aurea nectebat fibula: gladiolus, cuius eburneus erat capulus. Hinc

sed accipiendo monumenta in certa et peculiari significatione, vt sumitur apud praedictum *Comicum* in *Eunuch. Act.* 4. *scen.* 6. Abi, tu, cistellam, Pythia, domo effer cum monumentis. Cuius significationis aptissimum videtur exemplum habere iste *Pausaniae* locus in *Atticis.* libr. 1. κρηπίδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ, καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδὶ, crepidas Aegeum sub saxo, et ensem deposuisse, quo ea sibi signa in filio agnoscendo forent. Locus ille *Terentii*, vt hoc obiter addam, optime conuenire videtur cum loco illo Plauti in Rudent. Vbi Daemones senex ait: omnia insunt salua: vna cistella excepta est modo cum crepundiis, quibuscum hodie filiam inueni meam. Hinc Latinis ea, quibus ignoti notescunt, dicuntur signa, argumenta, notacula, notationes, characteres, specimina, monumenta, crepundia. Quippe moris erat partus exponentibus suos, praesertim quos casus et necessitas eo adigebant, vna monumenta, siue crepundia quaedam exponere, tanquam fortunae viatica, vt, qui hos in infantulos incidissent, haberent, vnde alerent: vel si desiisset nouercari fortuna, paternis laribus iam, aut olim, redderentur. Hinc illa apud *Heliodorum*: ὥστε ὥρα σοι πάντως ἐπιδεικνύναι μοι τὴν ταινίαν, ἣν τῇ παιδὶ συνεκτεθεῖσαν ὑποδέδεχθαι μετὰ τῶν ἄλλων γνωρισμάτων ἔλεγες. Quamobrem tempus est, vt mihi fasciam ostendas, quam cum filia expositam, te cum caeteris indiciis recepisse dicebas. Quam varia fuerint haec γνωρίσματα, vide clarissimum eruditissimumque virum *Ioan. Bourdelotium* in animaduersionibus suis ad libr. 4. *Heliodor.*

IDEM.

Praeter laudatum *Heliodori* locum Libri IV. p. 174. *edit. Commel.* habes monu-

 menta

...ва бібліотека
...О НАЦІОНАЛЬНОГО
...ВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

Επειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ*) αἴγὸς φιλανθρωπίαν[18]) μιμήσεται, νύκτα φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα,[19]) Μυρτάλην, καὶ τὰ γνωρίσματα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὅδε πάντα αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον· πῶς εἶδεν[20]) τρεφόμενον· πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανόμενον· Δόξαν δὴ κἀκείνῃ,[21]) τὰ

menta illa etiam L. V. p. 112. Η μὲν Χαρίκλεια τὸν συνεκκείμενον αὐτῇ πατρῷον ἐδάκτυλιον δακτύλιον. Et L. VI, p. 286 mentio fit τῶν συνεκτεθέντων μητρῴων κειμηλίων καὶ γνωρισμάτων.

BODEN.

18) Επειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ αἴγὸς φιλανθρωπίαν] Alia ratio mouit Aegyptium apud *Heliodor.* libr. 2. infantem tollentem expositum, cum inquit: ἐ γὰρ ἦν μοι θεμιτὸν ἐν κινδύνῳ ψυχὴν ἅπαξ ἐνανθρωπήσασαν παριδεῖν, ἐν γὰρ τοῦτο παράγγελμα τῶν γυμνῶν παρὰ ἡμῖν σοφῶν. Neque enim fas erat in periculo versantem animam, semel ingressam humanum corpus, despicere et negligere; est enim hoc etiam vnum ex praeceptis Gymnosophistarum, qui sunt apud nos.

MOLLVS.

19) Πρὸς τὴν γυναῖκα] Ad eundem modum apud *Dion. Halicarn. libr.* 1. *antiqu.* Faustulus regii pecoris magister Romulum et Remum expositos, domum ad vxorem suam Laurentiam perducit. IDEM.

*) Εἰ μηδέ] Notandum hic Grammatices Studiosis, εἰ aliquando politioribus Graecis pro ὅτι vsurpari, praesertim, si sequatur verbum, affectum aliquem animi significans; vt sunt ἐκπλήττομαι, attonitus sum, αἰδέομαι, timeo, verecundor, θαυμάζω, miror, χαίρω, gaudeo, ἄχθομαι, doleo, δακρύω, lugeo, κλαίω, fleo, et similia. Demosth. de legatione

Hinc primum ſtatuerat, monumentis illis ſolis ſublatis, infantulum habere neglectui. Deinde cum puderet illum, humanitatem non imitari caprae, nocte obſeruata, cuncta haec ſuam ad vxorem Myrtalem portat: videlicet crepundia, infantulum, nec non capram ipſam. Cui attonitae, quod puerulos etiam caprae parerent, rem totam enarrat. Videlicet, quomodo expoſitum offenderit, quomodo enu-

 triri

tione falſa. καὶ τὰς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν ὡς ἔχαιρον εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, Arcades etiam eo vobis laetari nuntiauit, quod iam Athenienſium ciuitas rerum ſatageret. Syn. ἔκλαιον ἂν εἰ τεθνηξοίμην, flebam non quod paulo poſt moriturus eſſem. *Iſocrat.* θαυμάζω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μείζω φρονεῖν, miror equidem ciuitatum principes, quod efferri ſuum eſſe putent. *Pauſan.* ἦν δὲ ἄρα καὶ δήμου δίκαιον βούλευμα, εἰ δὴ καὶ Ἀθηναῖοι μετέδοσαν δήλοις δημοσίᾳ ταφῆναι. Aequitatis autem pleniſſimum illud plebiſcitum fuit, quia publicae ſepulturae honorem ſeruis communicarunt. Vide de hac particula D. *Bez.* ad §. 15. cap. 7. ad Corinth.

IDEM.

20) Εἶδεν] N. et V. εἶδεν. P.

COLVMB.

Praeter codd. etiam interpres legit εἶδεν, quod recepi. BODEN.

21) Δόξαν δὴ κἀκείνῃ] Locutio Atticis non infrequens, apud quos participia verborum impersonalium pro genitiuo ponuntur. *Lucian.* δόξαν ἦν μοι διὰ πολλῶ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν πλατωνικὸν φιλόσοφον, cum igitur viſum mihi eſſet, Nigrinum Platonicum illum philoſophum multis compellare. *Thucyd.* καὶ δόξαν αὐτοῖς ἐχώρουν ἐς τὸ τεῖχος. Dicitur et δόξαν δὲ ταῦτα a Platone et Xenophonte: ſic ἐξὸν pro ἐξόντος.

Lucian.

τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν ἐπιτρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν.[22])

ΚΕΦΑΛ.

Lucian. in *Timone* ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, cum liceret frui. *Demoſth.* χηρεύσα ἐκάχετο, ἐξὸν ἄλλῳ συνοικεῖν, vidua eſſe ſuſtinebat, quum ei liceret alii nubere. In *apophthegmatibus Alcibiad.* ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην, cum licet fugere, ne quaeras iudicium. Talia ſunt παρὸν, δίον, δεῖπνον, ἐνδεχόμενον, ἀκουσθὲν, γεγραμμένον, et ſimilia, quae paſſim occurrunt.

MOLLVS.

Locutio Atticis familiaris, quemadmodum ἀρίστου, βιβλιυμένου et caetera id genus, de quibus *Suidas*, *Bud.* Et Latini *Sall.* in 5. Hiſt. apud Priſcian. lib. 18. de ordinatione verbi: At Lucilius audito Martium regem pro conſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. In eodem, legiones Valerianae comperto lege Gabinia Bithyniam et Pontum conſuli datam, miſſos eſſe.

COLVMBAN.

[22]) Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν] Apud Iudaeos ſtatim poſt circumciſionem, quae octauo fiebat die, nomen infanti imponebatur. Vide *Lucam* cap. 1. §. 59. ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, et eum patris eius nomine appellabant. Vid. *Gen.* 21. §. 3. 4. Apud Romanos dies infantium luſtricus et nominalis dicebatur, eratque octauus, vt apud Iudaeos, puellarum, at nonus puellorum. (Cauſſam diſce ex *Plutarchi Quaeſt. Roman.* edit. *Boxhorn.* p. 67. qui feminas ideo citius luſtratas fuiſſe contendit, ὅτι αὔξεται τὸ θῆλυ καὶ ἀκμάζεται καὶ τελειοῦται πρότερον τοῦ ἄρρενος. Quod autem puellae die, cuius numerus par, mares, cuius

triri viderit: quo pacto ipsum moribundum deserere puduerit. Illa factum approbante mariti, cuncta, quae vna erant exposita, ambo occultant: infantem suum nuncupant, eumque caprae alendum permittunt. Quo autem infantis nomen pastorale videretur, Daphnidem nominare decreuerunt.

cuius impar esset, fuerint nominatae, in eo quaerit, quod numerus impar sit praestantior pari ex diuisione Pythagorica, vnde hunc mari, illum puellae, conuenire putabant. Docet etiam *Casaubonus* ad *Pers.* p. 159. cur non prius liberis nomina imposuerint, nimirum, quia olim, non statim, vt erat natus infans aliquis et tolli iussus, pro vitali et γονίμῳ partu fuerit habitus, sed aliquam multi exspectati sint dies, qui fidem vitalis foetus fecerint, quodque ante diem septimum infans pluribus sit casibus expositus. BOVEN.) Apud Athenienses decimo die sacra fiebant, nomenque imponebatur infanti. *Suidas*: Ἀμφιδρομία, ἣν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν. ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως, τὸ βρέφος περιφέρουσι τὴν ἑστίαν τρίχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας, καὶ σηπίας. Τῇ δεκάτῃ δὲ τὄνομα τίθενται. Hoc est, Ἀμφιδρομία, quintus a natis infantibus dicebatur dies, quem scil. Graeci solenniter celebrant. Hoc die manus purgant illae, quae obstetricis munere sunt perfunctae. Infantem autem circum focum ferunt currentes, et propinqui dona puerperae mittunt, plerumque polipodes et sepias. Decimo vero die infanti nomen imponunt. Vide *Scholiast. Aristoph.* in *Lysistrat. fol.* mihi 886. Dabantur autem, aut auorum nomina, aut parentum, vt ipsa nominis recordatione ad imitandas eorum virtutes accenderentur: Hinc apud Graecos a Pyrrho plures Pyrrhi, a Philippo Philippi,

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ἤδη δὲ διετὴς χρόνος διηνυσμένος [1]) ποιμὴν ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα,[2]) καὶ αὐτὸς pag. 5. ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄντρον [3]) ἦν πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη, ἔξωθεν περιφερὴς, τὰ ἀγάλματα τῶν νυμφῶν

lippi, a Ptolomaeo Ptolomaei. Legimus et apud Poenos Annibalem aui nomen tuliſſe. Verum hi ignari parentum et maiorum nominum, expoſito infanti nomen paſtoris indiderunt, appellantes eum Daphnidem. Daphnis quippe paſtoris nomen eſt apud *Maronem*, vt et apud *Theocrit.* Idyll. 6. n. 1.

Δαμοίτας, καὶ Δάφνις ὁ βυκόλος.

Damoetas, et Daphnis bubulcus, et alio loco:

Αὔλει Δαμοίτας, σύριττε δὲ Δάφνις ὁ βώτας,

Tibia canebat Damoetas, fiſtula vero ludebat Daphnis bubulcus.

Ego nullus dubito, quin hoc nomen dimanauerit a paſtore Daphnide, filio Mercurii, admodum formoſo, qui etiam bucolici carminis inuentor perhibetur: niſi malimus hunc puerum fuiſſe dictum a δαφνὶς, ἴδος, laurus, vel laurea bacca. MOLLVS.

Lex fuit Graecorum, τὰς γονέας θέσθαι τὄνομα ἐξ ἀρχῆς, καὶ πάλιν ἐξαλῆψαι. De iure igitur Lamon et Myrtale puero adoptiuo nomen dedere. BODEN.

[1]) Διηνυσμένου] V. διηνυσμένου. COLVMB.

[2]) Δρύας] Nomen paſtoris, qui inuentor fuit, et pater habitus Chloes, a δρῦς, quercus. MOLLVS.

[3]) Νυμφῶν ἄντρον ἦν] Ἄντρον dictum ab ἀνὰ, et τρέω perforo, Vide elegantiſſimam deſcriptionem apud *Plutarch.* in *vita Craſſi*, in quo delituit ille octo menſes in Hiſpania. Nymphae in antris plurimum habitare credebantur antiquis. Hinc

CAPVT II.

Iamque biennio exacto, pastor quidam e vicinis agris, cui Dryas nomen erat pascendo pecora, haud dissimile quid inuenit, atque vidit. Ingentis molis petra, intus cauos habens recessus, forma rotunda, Nympharum antrum erat, quarum

Hinc *Orpheo* in *Nympharum hymno* dicuntur κρυψίδομοι, non vt vulgo scribitur κρυψίδρομοι.

Κρυψίδομοι, Βάκχοιο τροφοὶ, χθόνιαι, πολυγηθεῖς. Ante dixerat: γαίης ὑπὸ πείσμασιν οἴκοι ἔχουσαι, et postea ἀντροχαρεῖς. Vide sis *Casaub.* libr. 1. de satyrica poesi. *Virg.* libr. 1. *Aeneid. Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum: Intus aquae dulces, viuoque sedilia saxo, Nympharum domus. Hom. Odyss.* μ. vers. 317.

Νῆα μὲν ὥρμισαμεν, κοῖλον σπέος εἰσερύσαντες, ἔνθα δ' ἔσαν νυμφῶν καλοὶ χοροὶ ἠδὲ θόωκοι.

Nauem quidem subduximus in cauam speluncam attractam: Hic autem erant Nympharum pulchri loci, atque sedilia. Ea de caussa crediderim, antra antiquis religiosa fuisse. *Sen. epist.* 41. Si quis specus, saxis penitus exesis, montem suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excaustus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. *Athen.* libr. 5. in pompa Ptolomaei: ἄντρα κατεσκεύασε, κατὰ μέσον δὲ τῶν ἄντρων νύμφαι ἐλαφθησαν, constructa erant antra, in quorum medio Nymphae erant positae; et libr. 12. Deipnosoph. εἰς τὰ Νυμφῶν ἄντρα ἀποδημοῦντες διετέλουν μετὰ πάσης τρυφῆς, abeuntes ad Nympharum antra viuebant cum omni voluptate. *Pausanias* scribit, ad caput amnis Melis fuisse antrum, in quo tradatur, Homerus fecisse sua carmina. Quo enim ille confugeret commodius, quam ad loca Musis

φῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεποίητο. πόδες ἀνυπόδητοι 4) χεῖρες εἰς ὦμος γυμναὶ, 5) κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη· 6) ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν· 7) μειδίαμα περὶ

sis sacra? Nymphae hae, quae in antris degebant, dicebantur etiam *Napeae*, *Ecl.* 2.

Quae colitis syluas Dryades, quaeque antra Napeae.

IDEM.

4) Πόδες ἀνυπόδητοι] Recte: Nymphae quippe venatui addictae erant. Apud *Callimachum* in hymno venatrix Diana a Ioue petit, vt det sibi, εἰς γόνυ μέχρι χιτῶνα, tunicam tantum vsque ad genu, addita ratione, ἵνα ἀγρια θηρία κάνω, vt agrestes feras interficiam.

IDEM.

Ἀνυπόδητος idem qui γυμνόπους negatur a *Suida* scribi posse per ε ἀνυπόδετος, quod *Mollum* fugerat. Dicitur enim et in reliquis ἀνυποδησία et ἀνυποδητῶν.

BODEN.

5) Χεῖρας εἰς ὦμος γυμνάς] Manus adusque humeros nudae. Hoc habitu Atalanta inducitur a *Philostrato iuniore*, venatui indulgens εἰς ὦμον etiam vsque nuda. Ratio διὰ τὸ ἐνεργον εἶναι, vt sit prompta ad agendum.

MOLLVS.

6) Κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη] Coma vsque ad humeros soluta. Deabus ferme nunquam distinctae comae, aut compositae: Nam quod de Fotide sua *Apuleius* libr. 2. ait, capillorum non operosus, sed inordinatus ornatus est: idem hic de Nymphis, quod vid. I. Metamor. de Daphne.

—*positos sine lege capillos.* *Horat.* od. 2. libr. 3. sparsum humeris capillum dixit. *Heliod.* libr. I. dat Charicliae capillum, bacchico more sub corona iactatum, et occupantem partes tergi. *Valer.* 5. *Argonaut.* de Nymphis venantibus.

— *Tenuis leuis innatat vmbra*
Crinis ad obscurae decurrens cingula mammae.

Inde Dianae a Claudiano dicuntur,

— *In-*

rum ſimulacra lapidibus efficta, pedes diſcalceati, palmae atque brachia ad humeros vſque nuda: coma in ceruicem pendula: iuxta lumbos zona erat: mollis

— *Indociles errare comae.*
IDEM.

7) Ζῶμα περὶ τὴν ἰξὺν] Lege: ζώνη περὶ τὴν ἰξὺν. Ζώνη, latine, Zona, a Icto inter muliebria veſtimenta numeratur, qua ſe mulieres cingebant, ſic dicta a verbo ζωννύω, vel ζώννυμι, quod eſt cingo. Haec alio nomine latino dicitur cingulum. *Feſtus:* cingulo nona nupta praecingebatur, quod vir in lecto ſoluebat, de quo *Catullus:*

Ne quaerendum aliud quicquam neruoſius illo,
Quod zonam poſſet ſoluere virgineam.

et *Ouid.*

Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris,
Caſtaque fallaci Zona reuincta manu.

At de ea zona hic ſermo non eſt: ſed pro mundo muliebri hic ſumitur; de quo *Hom.* cum ei dicitur Calypſo zonam circumpoſuiſſe Nympharum lumbis auream, *Odyſſ.* ι. verſ. 231.

— περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξύι, καλὴν, χρυσείην. Hinc mulier bene ornata, εὔζωνος *Homero* dicitur: vt Il. α. v. 529.

Εὔζώνοιο γυναικὸς. Hic *ſcholiaſtes*, καλῶς, καὶ εὐσόλῳ. *Euſtat.* Il. β. ad verſum 479. ἔοικε φθάσας καὶ γυναῖκα εὔζωνον εἰπεῖν, τὴν εὐκόσμητον, ἀπὸ μέρους τῆς ζώνης τὸν ὅλον ἐμφήνας καλλοπισμὸν· εἰσὶ καὶ οἱ φιλοτίμως ἐκ πάλαι γυναῖκες ἔχειν τὸ ζώννυσθαι.
IDEM.

Eſt locus iſte, ſi quiſquam alius, integerrimus, neque opus eſt, vt cum *Mollo* legas ζώνη pro ζῶμα, quod neſciit vir doctiſſimus interdum poni pro ζώνη. Porrigit Electra apud *Sophoclem* in tragoedia cognomine Act. I. Sc. 5. p. 102. edit. Stephan. Chryſothemidi ζῶμα, quo parentis ſepulcrum coronet. Recte *Camerarius* ζῶμα, ὃ χλι-

δοῦς

περὶ τὴν ὀΦρύν. 8) Τὸ πᾶν ἅθημα, χορεία ἦν ὀρχεμένων· Η ὦα τῦ ἄντρυ, 9) τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον· ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον, ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαΦυρὸς ἐκτέτατο πρὸ τῦ ἄντρυ, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας ἀπὸ τῆς νότιδος τρεΦομένης. Ανέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, 10) καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα.

βῶς ἠσκημένον, reddidit *cingulum non ſpectabili ſane opere elaboratum*, quam mentem etiam adſequutus eſt *Steinbrüchel* Celeb. in translatione teutonica. Nam Scholiaſtes notat ad n. l. Ζῶμα δὲ τῦν τὴν ζώνην δηλοῖ, ἀ τὸ ἱμάτιον. BODEN.

8) Μειδίαμα περὶ τὴν ὀΦρύν] Μειδίαμα ſuauis ac mollis riſus eſt, qui maxime foemineum ſexum decet. Eſtque a μειδιάω, idem quod μαδάω, leniter et molliter rideo. Videtur ortum a μᾶον, minus: quoniam ὁ μειδιῶν, ſubridens, μείονι κέχρηται γέλωτι, minori vtitur riſu. Cuiuſmodi riſus noſtratibus patrio ſermone dicitur *een Glimlach*. *Lucian.* in *iudic. Deor.* γλαΦυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασε, blandumque et illecebroſum etiam arriſit. *Heliodor.* libr. 4. ἡ δὲ πυκνὰ τὴν κιΦαλὴν ἐπίσεισε, καὶ σεσηρὸς ὑπεμειδία. Illa autem identidem caput commouebat, et ſubridebat. MOLLVS.

9) Η ὦα τῦ ἄντρυ] Lege: ἡ ὦα τῦ ἄντρυ. ὦα cum circumflexu, faſtigium forſan ab quali figura, quam faſtigium habebat. *Varinus*: ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ δὲ γράΦεται, ὅτι ὦαι αἱ ἔχαται ἄκραι. Si legas τὰ ὦα vertendum fuerit coenaculum, conclaue huius antri. *Euſtath.* Τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων, ὦα καλῦσιν οἱ λακεδαιμόνιοι, ὅθεν ὑπερῷον, τὸ οἷον ἀπὸ τῶν ὑπερύθυλον. Act. 1. v. 13. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, adſcenderunt

mollis commendabat risus supercilia. Vniuersa haec figura, tripudiantium chorea Nympharum erat. Ipso in medio ingentis huius petrae fastigium erat antri, cuius e fonte aqua scaturiens suo liquore frequentem mollemque herbam prati subiecti, varietate sua grati, alebat. Pastoralia pocula, item tibiae obliquae, fistulae et calami, pastorum

runt in coenaculum, siue concláue. IDEM.

10) Αὐλοὶ πλάγιοι] Tibiae obliquae, Nos *Dwers-pipen* dicimus: *Bion* in *Bucolicis* composita dictione πλαγίαυλος dixit, cuius inuentor Pan est: εὗρε, inquit, πλαγίαυλον ὁ πάν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα, Fistulam obliquam inuenit Pan, vt tibiam Pallas. Erat autem αὐλὸς πλάγιος, genus tibiae, quae fiebat ex loto, vnde πλάγιος, καὶ λότινος συνωνύμως *Polluci* dicitur, sed obliquo ductu. *Pollux* dicit esse Libyorum inuentum lib. 4. in ipso statim initio Cap. περὶ τῶν ὀργάνων. Atque ibi pro πλαγίαλον lege πλαγίαυλον, hinc aiunt gallicum nomen flagiolet, quasi plagiaulet. Huius meminit *Theocritus* Idyll. 20. v. 29.

Κἠν αὐλῷ λαλίσω, κἠν ᾄσομαι, κἠν πλαγιαύλῳ,

Etsi, vel quum tibia loquor, et quum calamo, et quum obliqua tibia. Obliqua haec tibia Graecorum erat, et cum primis pastorum. *Heliodor.* libr. 5. *Aethiopic.* παιδαρίσκος μὲν πέτρᾳ πρὸς περιωπὴν ἐφεστὼς, τὴν δὲ νομὴν τῇ ἀγέλῃ πλαγίοις φυλήμασι διατάττων, puer pascebat oues, non admodum editae rupi circumspiciendi causa, tanquam speculae, insistens, pascua gregi obliquis tibiis distribuens. Vide de obliquis tibiis *Bourdelotium* libr. 1. *Florid.* ad *Apulei. Scaliger.* libr. 1. c. 20. *Poet.* Qui aliter quam *Pollux*: quando ita scribit: Hae omnes tibiae ab sum-

ma

ματα. Εἰς τοῦτο τὸ νύμφαιον[11]) ὄϊς ἀρτιτόκος συχνὰ φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. Κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταξῆσαι,[12]) δεσμὸν ῥάβδω χλωρᾶς λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ ληψόμενος αὐτήν. Επιξὰς δὲ, ὡδὲν εἶδεν, ἂν ἤλπισεν· ἀλλὰ τὴν μὲν, διδοῦσαν πάνυ ἀν-
pag. 6. θρωπίνως τὴν θηλὴν[13]) εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὀλκήν· τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυσὶ[14]) λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ σόμα, καθαρὸν[15]) καὶ φαιδρὸν, οἷα τῆς ὄϊος τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης, μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Θῆλυ ἦν τοῦτῳ τὸ παιδίον. καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα γνωρίσματα, μίτρα[16]) διάχρυ-

mo inflabantur directo flatu; Afri primo inuenerunt eam, cui Plagion et plagiaulon fecere nomen; non quod esset curua, vt quidam sunt arbitrati, sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum et Germanica.

IDEM.

φνις συναθρεῖσας πάντα τὰ ποιμενικὰ κτήματα, διένειμεν ἀναθήματα τοῖς θεοῖς. Τῷ Διονύσῳ μὲν ἀνέθηκε τὴν πήραν, καὶ τὸ δέρμα, τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα καὶ πλάγιον αὐλόν. Sic et *Nemesianus* Eclog. I, 14.

Iam mea ruricolae dispendet fistula Fauno.

BODEN.

Ανέκειτο] Diis rusticis pastores emeritas fistulas consecrabant, quod illustratur paullo infra hoc ipso libro: Ενεφάνισαν τὰ ἀγάλματα, τὴν δὲ τοῦ Δέρκωνος σύριγγα τῆς πέτρας ἐξύρηναν ἀνάθημα. Et Lib. IV. Ενταῦθα ὁ Δά-

[11]) Τὸ νύμφαιον] Deest ἄντρον. Scribendum tamen νύμφαιον, vt sit proparoxytonum, auctore *Harpocratione* voc. νύμφαιον, vbi consulendus *Maussacus*, p. 256.

et

rum aetate prouectiorum consecrata dona, de tholis pendebant. Illud Nympharum antrum recens enixa ouis frequentans, saepiuscule sui interitus opinionem praebuit. Itaque pastor eandem coercere volens, et ad priora pascua reducere, vinculo e virga viridi contorto ad instar laquei, petram adit, haud secus, quam illam capturus. Vbi vero aggressus erat, plane quid inexpectatum oculis incurrit. Vidit hic ouem humaniter vbere suo affluenter lactantem, infantem autem vtraque ad vbera sine fletu vllo, impetu cum quodam os transferentem, nitidam atque hilarem; vt pote, vbi illam lactis cepisset satietas, faciem eius oue sua delambente lingua. Infans

et 344. Editiones habebant νυμφῶιον. IDEM.

12) Εἰς τὴν προτέρην εὐνομίαν καταστῆσαι] Ad priorem viuendi statum reducere. Est proprie εὐνομία, recta iuris legumque constitutio, rectaque iuri constituto obtemperatio, quod non nisi metaphorice oui conuenire potest. Nisi velis mecum exponere reducere ad prius pascuum, quippe Herodoto εὐνομιδίεσται κτήνεσι νομαί, dicuntur pascua pecoribus accommodatissima. MOLLVS.

13) Θηλήν] Hoc a quibusdam abest, in primis vero reperitur. BODEN.

14) Ἀκλαυτί] In aliis eodem fere sensu legitur ἀκλαγγί, quae vox minus est vsitata. IDEM.

N. et V. ἀκλαυτί. P. COLVMB.

15) Τὸ καθαρόν] Vtrum ad παιδίον an ad σῶμα, referas, parum refert. καθαρὸν retuli ad παιδίον, non ad σῶμα. MOLLVS.

16) Μίτρα] Mitra, a μίτος, licium, filum, voluntque dictam, quasi μιτηρὰν, alii

διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα,17) καὶ περισκελίδες χρυσαῖ.18) Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα

alii quod sit περὶ τὰ ἴτρα. Aliquando ipro zona capitur, qua venter cingitur apud *Hom.* Saepius pro capitis tegmine foeminis proprio, atque ita hic capitur: quippe mitra mundo muliebri accenseri solet. *Isidorus Hispalensis* in glossis: Calyptra, genus mitrae. *Achill. Tat.* libr. 3. Ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ σπλάγχνα διαπίπτοι, καὶ ἐνσκευάσαντες τῇ κόρῃ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ στολὴν ἔξωθεν περιβαλόντες, μίτραις τε καὶ ζώσμασιν ἐνδεδυμένην, ταύτην τὸν σκευὴν ἐπικρύψομεν. Ne viscera facile elabantur, hunc in modum, ventrem illum fictitium ex pelle ouilla concinnatum puellae adaptantes, stolaque superimposita, mitris deinde ac vittis additis, apparatum istum occultabimus. Recte *Seruius* ad libr. 9. Aeneid. dicit, pilea esse virorum, foeminarum mitras, quas calanticas vocant, quae, teste Nonio, capiti innectebantur. *Caelius Rhodigin.* libr. 6. antiquarum lection. cap. 10. ex Euripide et Herodot. docet, mitram esse, genus fasciae, siue taeniae, quo caput obligatur. *Scholiast.* ad *Aristoph.* μίτρα διάδημα, ἢ ζώνη, ταῦτα δὲ ἄνδρῶν ἐσθήτων ἐστὶν, ἀρμόττοντα τοῖς γυναιξὶν, ἢ τοῖς ἀνδρόσιν. Mitra diadema, aut zona. Est vero haec species vestium apta foeminis, non autem viris. Hac de causa *Hiarbas* inter alia lib. 4. Aeneid. obiicit Aeneae et vestitum foeminarum:

Maeonia mentum mitra, crinemque madentem, subnixus. Et quae hic dicitur μίτρα διάχρυσος, aliis, χρυσόπασος, auro variegata. Vide Athen. libr. 12.

IDEM.

17) Ὑποδήματα ἐπίχρυσα] Calcei aurei, siue inaurati. Graecorum foeminae calceis admodum luxuriarunt. Ita, vt in calceis non tantum suberem gestarint, quo grandiores statura videren-tur. *Xen. oecon.* Ischómachi

fans haec foemella erat. Et huic crepundia, expositi monumenta addita: videlicet mitra auro distincta,

chi vxorem] ὑποδήματα ἀψηλὰ habentem introducit, ὅπως, inquit, μείζων δοκεῖν εἶναι, ἢ ἐπιφύκει, quo videretur procerior, quam natura tulerat, verum eo dementiae dilaberentur, vt et aureos calceos sibi aptarent. *Victor.* libr. 14. *variar. lection.* cap. 33. Quem morem grauiter *Clemens Alexandrinus* l. 11. c. 9 paed. taxat. Similiter, inquiens, in calceamentis superbae arrogantesque foeminae magnam quoque ostendunt mollitiem. Vere ergo sunt turpia illa sandalia, in quibus sunt aurea velut donaria, quin etiam circumcirca clauos soleis infigere aequum censent. Multae autem iis quoque amatorias salutationes imprimunt, vt vel per terram immense incedentes, meretricios spiritus incessu insculpant. Valere ergo iubendum est, aureorum et gemmeorum sandaliorum manuum artificium, et crepidae atticae et Sicyoniae, cothurnaeque Persicae et Hetruscae, *Plut.* πλείστων γυναικῶν ἂν ὑποδήματα διάχρυσα περιέλης. Pluribus mulieribus ademeris aureos calceos. Hunc morem tangit et *Lucian.* in *Iou. Aesculap. et Herc.* Vbi Herculi Aesculapius exprobrando obiicit, illum vapulasse aureo sandalio, ἅτε ἔξαινον ἔρια ἐν λυδίᾳ, καὶ πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Neque lanas in Lydia carpsi, purpura indutus, et ab Omphale aureo sandalio verberatus.

IDEM.

18) Καὶ περισκελίδες χρυσαῖ] Aureaeque perisceles; περισκελὶς a περὶ, circum, et σκέλος, crus. *Caelius Rhodig.* putat idem esse, quod in Italia gremiale vocant, et transuersum. Tribuitur hoc ornamentum puellis, ac mulieribus. *Menand.* apud *Pollucem* libr. 2. dicit, τὰς κόρας φορεῖν περισκελίδας. Idem *Poll.* libr. 5. c. 16. in γυναι-

ξημα[19]) καὶ διδασκόμενος παρὰ τῆς οἴος ἐλεῖν [20]) τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος ἐπ' ἀγκῶνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνωρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς νύμφαις ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ [21]) θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. Καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα· παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λανθάνουσαν ὡς ἴδιον τρέφειν. Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο) μήτηρ εὐθὺς ἦν, καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥστε ὑπὸ τῆς οἴος παρευδοκιμηθῆναι [22]) δεδοικυῖα καὶ τίθεται καὶ

γυναικείῳ κόσμῳ, h. e. in muliebri mundo, inter alia ponit περισφύρια, περιτρίδας seu περιπόδια, et περισκελίδας, addens, Porphyrio περισκελίδας esse ornamentum pedis circa crura. *Horat.* Epist. 17. libr. 1.

Nota refert meretricis acumina, saepe catellam,
Saepe perifcelidem raptam sibi flentis, vti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus adsit.

Gloss. Perifcelides, ornamenta, vel circuli aurei crurum muliebrium. *Tertullianus de cultu foeminarum:* Nescio, an crus de perifcelio in neruum se patiatur arctari. *Petron. Arbiter:* Iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum positus, parium marmor extinxerat. *Aristoph.* vocat has πέδας χρυσᾶς. *Cyprianus* compedes: alii catenas, vincula. Num etiam in conspectum haec foeminae ornamenta dabant? Audi *Clement. Alexandr.* C. 10. *paed.* Quemadmodum igitur vestium compositionem honestam, et ab eo, quod est indecorum, mundam esse oportet, ita etiam vitanda est

cta, calcei inaurati, nec non periſcelides aureae. Ratus itaque diuinum quid, hocce inuentum, edoctusque ab oue miſereri, amoreque infantem proſequi, vlnis terra ſublatum excipit, inque peram ſuam monumenta reponit, precatus Nymphas, vt felicibus auſpiciis educare dignentur hanc ſibi ſupplicem. Et quoniam iam tempus erat abigendi in paſcua gregem ad ouium caulam, quaecunque viderat, vxori refert, inuenta oſtendit, hortatur, vt pro ſua agnoſcat, atque educet. At Napa (hoc enim illi nomen erat) ſtatim mater erat, amabatque prolem, quaſi verita, ne ab oue affectu humanitatis ſuperaretur. Quin et ipſa

eſt vſus immoderatio. Nec enim ſicut Lacaenas virgines ſupra genu veſtiri honeſtum eſt: nullam enim partem foeminae nudari decorum eſt. IDEM.

19) Εὔρημα] In aliis eſt εὕρεμα, quod recentiorem redolet Graecitatem. BODEN.

20) Ελεῶν] Vide Cap. I. n. 17. MOLLVS.

21) Επὶ τύχῃ χρησῇ] *Longus* hoc dictum enunciat cum praepoſitione, vt et *Ariſtophanes*: ὦ φοῖβ' Απολλον πύθι ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ πρᾶγμ' ὁ μηχανᾶται. Apollo Pythie, felicibus auſpiciis ſuccedat res, quam machinatur. Sed frequentius Graeci genus hoc dicendi ſine praepoſitione efferunt, dicentes, τύχῃ ἀγαθῇ, τύχῃ χρησῇ, bonis auſpiciis, quod felix fauſtumque ſit. IDEM.

22) Υπὸ τῆς οἴος παρευδοκιμηθῆναι] Ne ab oue ſuperaretur. Eſt, inquit *Budaeus*, in comment. Graec. ling. παρευδοκιμεῖσθαι, vinci, ſuperari ab alio, h. e. inferiorem eſſe claritate famae ac nominis. Vſus eius ſatis frequens eſt, vt: παρευδοκιμεῖται ἡ φιλοσοφία ὑπὸ τῶν ψεύδους παρὰ πολὺ, εὐπρόσωπον γὰρ

καὶ αὐτὴ ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ,[23]) Χλόην.[24])

ΚΕΦΑΛ. γ'.

pag. 7. Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μέλα ἠύξησε, καὶ κάλλος αὐτοῖς ἐφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. ἤδη ἦν[1]) ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς· ἡ δὲ τοσούτων, [2]) δυοῖν ἀποδεόντοιν. καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων [3]) ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὀρῶσιν ὄναρ [4]) τοιόν δέ τι. Εἰδέναι [5]) τὰς νύμφας ἐδόκουν ἐκείνας τὰς

γὰρ ἐκεῖνο, καὶ διὰ τοῦτο ἥδιον, vincitur et claritate superatur Philosophia a mendacio: speciosum quippe est illud, et ob hoc iucundum. IDEM.

[23]) Πρὸς πίστιν αὐτῷ] Lege πρὸς τὸ εἶναι πίστιν αὐτῷ. Potest referri hoc vel ad ὄνομα, vel potius ad totum illud negotium, quod moliebantur. IDEM.

Si quid propria auctoritate supplendum, equidem mallem scribi, πρὸς τὸ ποιῆσαι πίστιν αὐτῷ, cuius verbi ellipsis admodum est pervulgata. Ita vero referendum erit ad Napam. BODEN.

[24]) Χλόην] Chloe nomen infantis erat, a χλόη siue χλόα, dicta. Est proprie χλόη herba virens, viride germen. Aliquando Epithetum Cereris est, quae inde Latinis Poetis flaua Ceres nominatur. MOLLVS.

Largior equidem in *Pausaniae Attica* Cererem vocari Chloen, consentiente *Eustathio* p. 772. vbi Χλόης Δήμητρος ἱερὸν reperitur, tametsi saepius epitheton εὔχλοος ipsi tributum fuerit: in eo tamen adsentiri Mollo non possum, quod inde Latinis poetis flaua nominetur. Hoc enim potius respondet cognomento ξανθὴ vel εὐσίφανος. BODEN.

[1]) Ἤδη ἦν] Lege ἤδη τε ἦν. MOLLVS.

N. et

ipsa nomen illi pastoritium indidit, vocando Chloen, vt magis hoc illorum molimen fidem mereretur.

CAPVT III.

Vtraque haec proles breui temporis spatio ingens cepit incrementum, elucebatque in vtraque forma longe, quam pro rustica sorte, praestantior. Cum iam alter quindecim annorum esset: altera totidem, at annis minus duobus. Forte Dryas et Lamon eadem nocte tale quid in somniis viderunt.

N. et V. ἤδη τε ἦν. COLVMB.

2) Τοσούτων] Edit. Commel. τοσοῦτον. BODEN.

3) Λάμων] Nomen pastoris; hic fuit inuentor, et postea habitus Daphnidis parens. Λάμων, latine gramiosus, h. e. lippus. *Caelius* apud *Nonium*: gramiosis oculis ipse, attritis dentibus, filius Herculis ex Omphale natus, Lamon dictus fuit. Fuit et monachus, qui episcopatum recusabat, hoc nomine appellatus. MOLLVS.

4) Ὁρῶσιν ὄναρ] Ad eundem modum *Xenoph.* ὄναρ εἶδε τοιόνδε, eiusmodi vidit somnium. Dicunt et latini cernere, videre somnia. *Ouid.*

— *Cur haec ego somnia vidi?*

Lucr. cernere.

Nonnumquam Graeci dicunt addita praepositione κατὰ. *Matth.* 2. §. 12. χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, diuinitus admoniti in somnio. Frequentius tamen sine praepositione. *Plut.* in *Peri.* ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα, Dea per quietem; siue in somnis sese offerens. *Lucian.* ἔδοξεν ὄναρ ἐπιστάντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον, visus est in somnis sibi adstare Alexander; quem loquendi modum hic sequitur *Longus.* IDEM.

5) Εἶναι] Τὸ εἶναι redundat. IDEM.

Εἶναι τὰς] V. τι. τὰς P. COLVMB.

Repo-

τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ἐν ᾧ τὸ παιδίον εὗρεν ὁ Δρύας, Δάφνιν[6]) καὶ τὴν Χλόην παραδιδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων φέροντι· βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι. τὸ δὲ ἐφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει, κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν, τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον. Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες, ἦλθον το μὲν οἱ ποιμένες, εἰ ἔσοιντο[7]) καὶ ἴσως ἔτοι[8]) αἰπόλοι, τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι' ἣν αὐτὸς καὶ τροφαῖς ἀβροτέραις ἔτρεφον, καὶ γράμματα ἐπαίδευον καὶ πάντα ὅσα καλὰ ἦν ἐπ' ἀγροικίᾳ. Εδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. Καὶ κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ, καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ
pag. 8. ἔχοντι παιδίῳ παρὰ ταῖς νύμφαις (τὸ γὰρ ὄνομα λέγειν οὐκ εἶχον) ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέλαις, ἐνδιδάξαντες ἕκαστα. πῶς δεῖ νέμειν[10]) πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος· πότε ἄγειν ἐπὶ ποτόν· πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον· ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρησέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. Οἱ δὲ, μάλα χαίροντες, ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον, καὶ ἐφίλουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν

Reposui ex edit. Parisiensi: εἶδίσιν. EODEN.

6) Δρύας, Δάφνιν] Vel cum Parisiensi lege: Δρύας, καὶ Δάφνιν κ. τ. λ. vel ex coniectura *Iungermanni*: Δρύας, Δάφνιν τε καὶ τ. λ. IDEM.

7) Εἰ ἔσοιντο] Εἰ subinde disertioribus Graecis significat ὅτι, vid. supra. MOLLVS.

8) Καὶ

Visae sunt eaedem, quae praesidebant antro, Nymphae, in quo fons erat, et inuenerat infantem Dryas, Daphnidem, vna et Chloen, tradere puero cuidam, admodum venusto ac formoso, gestanti alas humeris, ferentique vna cum arculo tenella quaedam spicula, atque, illis vno ambobus telo fixis, iussisse, vt deinceps alter caprarum, altera ouium, greges pasceret. Haec ipsa visio magno moerore afficiebat pastores, propterea quod gregibus pascendis destinarentur, qui meliorem suis monumentis poscerent fortunam, qua de causa etiam delicatioribus cibis enutriti, literisque, et quaecunque ruri praeclara habebantur, edocti erant. Placuit Diis morem gerere, quod illos attinet, qui Deorum prouidentia seruati videbantur. Hi pastores, sibi inuicem hocce communicato somnio, oblatoque apud Nymphas suo sacrificio puero huic alato, (nomen eius dicere nequibant) veluti pastores futuros dimittunt, vna cum gregibus singulis iam informatos: scilicet qua arte pascendi greges ante meridiem, quomodo cessante solis feruore: quando appellendi ad potum, quando abigendi ad caulam: in quos vtendum pedo, in quos voce duntaxat. Illi vero oppido gaudentes, tanquam magnum

8) Καὶ ἴσως ἔτοι] N. et V. καὶ ἔτοι. P. COLVMB.

9) Δι' ἣν] Pro eo lege, διὸ καί. MOLLVS. N. δι' ὃ καί. V. διὸ καί. COLVMB.

10) Δεῖ νέμειν] Quomodo debeant pascere; nisi credideris, hic legendum ἐπιμένειν, permanere, perseuerare. MOLLVS. N. et

σιν ἔθος· ἡ μὲν ἐς ποίμνιον ἄγεσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν·[11]) ὁ δὲ, μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αὖξ ἀνέθρεψεν.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Ηρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. Βόμβος ἦν ἤδη[1]) μελιττῶν· ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν· σκιρτήματα[2]) ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν· ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται· τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωδίας,[3]) οἱ παλαιοὶ καὶ νέοι, μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγίνοντο καὶ βλεπομένων. ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾀδόντων, ᾖδον· βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τὰς ἄρνας, ἤλλοντο κἄφα, καὶ τὰς μέλιττας δὲ μιμούμενοι, τὰ ἄνθη συνέλεγον. καὶ τὰ μὲν εἰς τὰς κόλπους ἔβαλλον· τὰ δὲ, στεφανίσκους πλέκοντες, ταῖς νύμφαις ἔφε-
pag. 9. ρον. Επραττον δὲ κοινῇ πάντα πλησίον ἀλλήλων νέμον-

N. et V. ἐτιμάτεν.
COLVMB.

11) Η μὲν ποίμνιον ἄγεσα τῆς σωτηρίας αἰτίαν] Sententia haec ambigua eſt: quippe ſi intelligas mecum per αἰτίαν, τὴν αἰ, hoc eſt ouem Chloes nutricem, quae procul dubio Chloae ſemper domi in deliciis pretioque fuit, verſio noſtra ſubſiſtet: ſin vero fingas illam ouem iam pridem fuiſſe extinctam, mens erit: Ad gregem ouium ſuae ſalutis cauſam referebat: Et tum ἄγουσα idem erit, quod ἀναφέρουσα. IDEM.

N. et V. ἀναφέρεσα. P.
COLVMB.

1) Βόμ-

adepti imperium, amabant capras atque oues, vltra quam paſtorum vulgus ſolet. Haec ad ouium gregem ſuae ſalutis autorem adducit: recordante altero, quam largiter ipſum lactaſſet expoſitum capra.

CAPVT IV.

Initium veris erat, cum omnes flores, in nemoribus, pratis, montibus, ſuo in vigore erant. Iam bombus audiebatur apum: nunc modulatio ſcite canentium auium: hic ſaltus ouium recens partarum: illic in montibus agni laſciuiebant: inque pratis ſuos edebant bombos apes: in virgultis ſuos modulabantur cantus aues. In tanta hac rerum omnium fragrantia, ſenes iuxta ac iuuenes viſa auditaque imitabantur. Audito auium cantu canebant; conſpecto laſciuientium agnorum ſaltu, et ipſi leuiter ſaltabant; quin et apes aemulantes floſculos legebant, quorum alios ſinu exceptos, alios coronis intextos, Nymphis ferebant. Vnanimi conſenſu omnia, haud longe a ſe inuicem paſcentes,

1) Βόμβος ἦν ἤδη] Recte: hic enim ſonus apiculis eſt proprius, dictus ita per onomatopoeiam, ex imitatione literae β. Vel a βοῇ. Vnde βομβίεσσα μέλισσα. Latini quoque bombum apibus tribuere. MOLLVS.

2) Σκιρτήματα] Sic in pictura apud *Heliod.* L. V. p. 225. Γέγραπτο δὲ ἀρνειῶν ἄπαλὰ σκιρτήματα. BODEN.

3) Τοσαύτης κατεχούσης εὐωδίας] Cum iam tanta rerum eſſet fragrantia. Niſi malis legere pro εὐωδίας, εὐωρίας, h. e. cum ita otiarentur, tam ſecure agerent. MOLLVS.

Εὐωδίας.

νέμοντες. Καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα συνέλεγε. Πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν· ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφόβησε, θατέρᾳ προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. Ἀθύρματα δὲ ἦν αὐτοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. Ἡ μὲν ἀνθερίκων ἀνελομένη πόθεν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε·4) καὶ περὶ τοῦτο πονε-

piendis locuſtis. Quippe *Plin.* libr. 11. cap. 29. locuſtas peſtem irae Deorum nuncupat, easque ſumme noxias frugibus, quas exedunt, et perdunt ad internecionem, quod maximo mortalium incommodo vniuerſus orbis quandoque experitur, quas ita *Claudianus* deſcripſit.

Horret apex capitis, medio fera lumina ſurgunt.
Vertice cognatus dorſo dureſcit amictus:
Armauit natura cutem, dumique rubentes
Cuſpidibus paruis multis acuere rubores.

Habet humana natura, quamuis ſaepiſſime ſallatur, ſuas vires ſuamque ſolertiam, quibus, quicquid infeſtat, a ſe propellit, et ab inimi-

Εὐαδίας. N. et V. ἰωχίας. P. et mox iidem. ἄπαλοὶ pro πάλαιοί. P.

COLVMB.

4) Ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε] Ἀκριδοθήρα nomen Theocriteum, decipula ad locuſtas capiendas. *Idyll.* 1. v. 52.

Ἀτὰρ ὁ γ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν.

At ille ex culmis pulchram nectit locuſtis capiendis decipulam. Comp. dictio, ex ἀκρὶς, locuſta, et θηράω, venor. Belgae haec inſecta *Sprinckhaenen* vocant, ita a ſaltando dicta, quod propter alarum infirmitatem e terra ſe modicis volatibus attollant, ac ita ferantur, vt ſaltare potius, quam volare, videantur. Recte ac vtiliter facit decipulam ca-

tes, promiſcue agebant. Saepe Daphnis aberrantes cogebat oues. Frequenter Chloe admodum temerarias e praecipitiis deorſum egit capras. Nunc alter, altero ludicris intento, vtriusque gregis cuſtodiam agebat. Quippe habebant etiam ſua paſtoralia ludicra pueriliaque. Haecce digreſſa, ſublatis alicunde culmis, capſulam locuſtis captandis nectebat, iisque intenta minus curabat gregem. Ille vero,

inimico ſe tutum defendit. Ideo leges non tantum in hominum moribus inſtituendis, ſed etiam in hoc, de quo agimus, euulgauit, et modum praeſcripſit: vt videlicet locuſtae, vel procul arceantur, ne irrumpant, vel praeſentes iam atque omnia vaſtantes abſumant, quemadmodum optime clariſſimus atque doctiſſimus *Leo Allatius* loquitur. *Plin.* libr. 11. cap. 29. In Cyrenaica regione legem fuiſſe refert, ter anno eas debellandi, primo oua obterendo, deinde foetum, poſtremo adultas, deſertoris poena in eum, qui ceſſauerit. Et in Lemno inſula certa menſura praefinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Et inferius. Necare et in Syria militari imperio coguntur. Quod et in Lucania, nec non Japygia lege eſſe ſancitum, dum hoc malum terras hominesque infeſtat, ſibi eſſe relatum, imo ſe obſeruaſſe clariſſimus *Allatius* narrat.

MOLLVS.

N. et V. ἀκριδοθήκην. P.

COLVMB.

Quae hic decipula narratur facta capiendis locuſtis magis ad luſus vitae agreſtis pertinet, quam, vt *Mollo* placet, ad eas propellendas. Quot decipulis, quanto temporis ſpatio fuiſſet opus, ſi vel exiguum horum infectorum numerum internecioni dare voluiſſent. Venabantur multitudinem fumo facto, quemadmodum con-

πονημένη, τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. Ὁ δὲ, καλάμους ἐκτεμὼν λεπτοὺς, καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων διαφυὰς, ἀλλήλους τε κηρῷ μαλθακῷ 5) συναρτήσας, μέχρι νυκτὸς συρίζειν ἐμελέτα· καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου· καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον, εἰς κοινὸν ἔφερον, θᾶττον ἂν τις εἶδε τὰ ποίμνια καὶ τὰς ἀγέλας ἀπ' ἀλλήλων μεμιγισμένας, ἢ Χλόην καὶ Δάφνιν.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων, τοιάνδε σπουδὴν ἔρως ἀνέπλασε.[1]) Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους[2]) νέους, ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποιμνίων

constat ex *Agatharcide*: Κάπνῳ δὲ ταύτας θηρῶσιν, ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπὶ γῆν καταφέροντες. Quicum *Strabo* consentit: Ἐν ταῖς χαράδραις δὲ ἐμβάλλοντες ὕλην καπνώδη, καὶ ὑφάψαντες μικρὸν· ὑπερπετάμενα γὰρ τὸν καπνὸν σκοτοῦνται, καὶ πίπτουσι. Vid. *Bocharti Hieroz.* T. II. p. 495. Exhibui ἀυθηρίκους paullo ante, quum in plerisque esset ἀνθηρίσκους, praeeunte Parisina. BODEN.

5) Ἀλλήλους τε κηρῷ συναρτήσας μαλθακῷ] Pan perhibetur primus inuenisse artem calamos conglutinandi cera, vt testatur *Maro Eclog.* 2.

Pan primus calamos cera
coniungere plures
Instituit.

Hinc Aeschylus fistulam κηρόπλαστον dixit, *Pollux*, κηρῷ συνδεθεῖσα. *Theocr.* εἰδ. I. ἐκ κάρω (dorice pro ἐκ κηροῦ) σύριγγα καλάν, ex cera fistulam pulchram. Nota vnamquamque cicutam sonum suum ab aliis discrepantem habuisse. Verba *Scaligeri* notatu digna: Fistulae figuram apprime signant proportione certa alae figuram in summo, qua inflabantur, aequa-

exciſa tenui arundine, perforatisque internodiorum interuallis, molli cera conglutinatis calamis, in noctem vſque canendo ſe exercebat. Nonnunquam lac et vinum inter ſe communicantes, cibum domo allatum in commune conferebant; citius quis ouium ac caprarum greges a ſe inuicem disiunctos, quam Chloen atque Daphnidem, vidiſſet.

CAPVT V.

Interea dum illi puèrorum more ita ludebant, rem ſeriam commentus eſt Cupido, hoc modo. Lupa quaedam, recentes alens catulos, proximis ex agris,

aequales: inaequales, qua exit ſpiritus. Ordo itaque fiſtularum ſemper decreſcebat, iuxta hanc *Tibulli* deſcriptionem:

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo,
Nam calamus cera iungitur vſque minor.

Formam veteris fiſtulae multis perſequitur *Achilles Tatius*. Nota veteres in nuptiis et plerisque ſolennitatibus laeti argumenti binis fuiſſe vſos tibiis, ad monodias et planctus ſingulas adhibuiſſe.

MOLLVS.

[1]) Ανέπλασε] N. et V. ἀνέκαυσε. COLVMB.

[2]) Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους] Signate: lupi quippe ferociores ad praedam eſſe feruntur, cum et ipſi fame, verius ventris rabie agitantur: et cum eorum catuli ſicco ſunt ore, ac ieiuni, tunc enim magno furore ad praedam conuolant. Firmat dicta mea *Maro* lib. 2 *Aen.* verſ. 358.

— Inde lupi ceu
Raptores atra in nebula,
quos improba ventris,
Exegit caecos rabies, catulique relicti,
Fau-

p. 10. μνίων πολλάκις ἥρπασε, 3) πολλῆς τροφῆς 4) ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. 5) Συνελθόντες ἓν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιρβὰς ὀρύττουσι τὸ εὖρος ὀργυῶν 6) . . . τὸ βάθος τεσσάρων. Τὸ μὲν δὴ χῶμα τὸ πολὺ σπείρουσι, κομίσαντες μακρόν. ξύλα δὲ ξηρὰ τείναντες ὑπὲρ τὸ χάσματος, τὸ περιττὸν τὸ χώματος κατέπασαν εἰς πρότερον γῆς εἰκόνα. 7) ὥστε κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ τότε παρέχει μαθεῖν, ὅτι γῆ οὐκ ἦν, ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. Τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα, κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις, ὀρύξαντες, τὴν μὲν λύκαιναν οὐκ εὐτύχησαν λαβεῖν·

Faucibus expectant siccis. *Philostratus* luporum mentione iniecta, ait: ὡς ἀεὶ προσκείμενοι τῷ ἁρπάζειν, qui semper rapinis sunt intenti.

MOLLVS.

3) Πολλάκις ἥρπασε] Placet πολλὰ ἥρπασε.

IDEM.

N. et V. πολλά. P.

COLVMB.

4) Πολλῆς τροφῆς] Nunquam sane magis saeuiunt ferae, quam cum ieiunos esurientesque relinquunt catulos. *Cyrill. Alexandr.* in cap. 13. Oseae ait: Τότε γὰρ μάλιστα φασι τῆς ἐμφύτου μανίας εἰς ἄκρον ἔρχεσθαι τὸ θηρίον. Tunc enim potissimum hanc belluam ferunt peruenire ad summum furoris insiti. Ipsae etenim ferae, vt *Seneca* ait, epistola 99. foetus suos diligunt, quarum concitatus est amor, et pene rabidus. *Plin.* libr. 8. cap. 16. de Leaena: cum pro catulis foeta dimicat, oculorum aciem traditur in terram defigere, ne venabula expauescat.

MOLLVS.

5) Δεομένη] Male in Commelin. δεομένη.

BODEN.

6) Τὸ εὖρος ὀργυῶν] Hic desi-

agris, multa rapiebat saepe de aliis gregibus, vtpote plurimi alimenti ad suos sustentandos catulos indiga. Noctu itaque congressi vicani, cuniculos fodiunt latos vlnas .... altitudine quatuor. Longeque ferentes magnum terrae cumulum dispergunt, aridisque lignis eadem super fossa porrectis, id, quod huius superfluum erat cumuli, iniecerunt, adeo, vt complanatum, sicut ante, solum esset. Vt vel lepus, si percurrisset ligna haec, fregisset, vtpote stipulis imbecilliora. Atque tum indicium faciebat, terram non esse, sed illam imitari. Multis id genus fossis in montibus et campis ductis, non tamen

desideratur aliquid: nam non dicitur, quot patuerit vlnas. Estque ὀργυὰ, quod latinis est vlna. *Plin.* arboris crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. *Hesych.* ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις. Idem *Hesych.* exponit, τρίπηχυ μέτρον, h. e. τρεῖς πήχεις ἔχον. Est et mensura, iuxta *Herodotum* sex pedum. Deriuatur ab ὀρέγω, extendo, et γοῦν, pes. Est quippe extensorum pedum mensura. MOLLVS.

N. et V. ὀργυιᾶς. P. COLVMB.

7) Τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα] Quod *Plutarch.* in *Numa* ἰσόπεδον nominat, vbi loquitur de aedicula subterranea, in qua virgo vestalis, coniecta stupri, viua terra obruta, conditur. καὶ καταχρύπτεται τὸ οἴκημα, γῆς πολλῆς ἄνωθεν ἐπιφορεμένης, ὥστε ἰσόπεδον τῷ λοιπῷ χώματι γενέσθαι τὸν τόπον, et aedicula multa iniecta desuper humo contegitur, donec complanatum solum aggeris sit. Quo pacto Aegyptii captent ἱπποποτάμους, videsis *Tat.* l. 4. c. 3. MOLLVS.

Correxi secundum Paris. εἰς πρότερον γῆς εἰκόνα. BODEN.

1) Οἷα

λαβεῖν· αἰθάνεται γὰρ καὶ γῆς σεσοφισμένης. πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν, καὶ Δάφνιν παρ' ὀλίγον, ὦδε.

ΚΕΦΑΛ ε'.

Τράγοι παροξυνθέντες εἰς μάχην συνέπεσον. τῷ ἕν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας, βιαιοτέρας γενομένης συμβολῆς, θραύεται· καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο. Ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος, ἄπαυστον ἐποίει τὴν φυγήν. Αλγεῖ Δάφνις περὶ τῷ κέρατι, καὶ τῇ θρασύτητι ἀχθεθεὶς, ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα. Οἷα δέει [1]) τῷ μὲν ὑπεκφεύγοντος, τῷ δὲ ὀργῇ διώκοντος, ἐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν. [2]) ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν· ὁ τράγος

p. 11.

[1]) Οἷα δέει] Restitui secundum auctoritatem codd. Perperam in editionibus fuit. οἵα δέ. IDEM.

[2]) Οὐκ ἀκριβὲς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν] Πρόσοψις, proprie, adspectus, facies. *Sophocl.* in *Aiace.* σὴν πρόσοψιν ἐσιδὼν, faciem et os tuum intueri. Atqui hoc loco idem est, quod prospectus: vt et apud *Thucyd.* libr. 4. οὐκ ἔσης τῆς προσόψεως, ἢ ἀλλήλοις ἐπιβοηθῶν, quum prospicere non possent, qua parte auxilia summitti possent. Et libr. 12. μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων, cum hostes prospicere nequirent. Latini dicunt videre id, quod ante pedes est. *Terent. Ipsum est sapere, non quod ante pedes modo est videre.* Quod *Sophocl.* Τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν. *Minutius Felix* pro pedibus dixit, in *Octau.* Proinde si quid sapientiae vobis, aut verecundiae est, definite coeli plagas, aut mundi

tamen captura lupae ex animi ſententia ceſſit, ſentientis terrae huic fraudem ſubeſſe. Sed multas capras et oues perdidit. Atque parum aberat, quin perdidiſſet Daphnidem, et quidem hoc modo.

CAPVT VI.

Hirci, ad pugnam concitati, ſunt congreſſi. Quapropter alterius cornu, inualeſcente pugna, vulneratur, qui dolore correptus frendensque ſeſe in fugam coniecit. Victor autem prope in veſtigiis ſequens fugientem perſequendo non deſtitit. Daphnis amiſſo dolens cornu, offenſusque contumacia illa, ligneo ſuo ſumpto pedo, perſequentem perſequebatur. Quippe dum alter elabi conabatur, alter autem perſequebatur, minus accurate proſpicientes, in foueam ambo incidunt; prior hircus,

mundi fata, ſecretaque rimari, ſatis eſt pro pedibus adſpicere. Noſter hoc loco παροιμιάζεται, reſpiciens abſque dubio ad ſcomma iactum olim in Thaletem Mileſium, qui ſydera contemplans, in foueam incidit, quem ancilla Threſſa irriſit, quod ea, quae in ſublimi eſſent, cognoſcere vellet, cum ea, quae ante pedes eſſent, non videret.

MOLLVS.

Παροιμιῶδες a ſcommate ancillae in Thaletem deductum Latini ante pedes. *Terent. Iſtuc eſt ſapere* caet. Quod ante eum dixerat *Sophocles Oed. Tyr.* τὰ πρὸς ποσὶ σκοπῶν. Etiam pro pedibus dixerunt. *Minutius Felix* in *Octauio*: *Proinde ſi quid* caet. Quod ex *Democriti* illo apud *Cic. de diuin.* expreſſum videtur. *Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, caeli ſcrutantur plagas.*

COLVMB.

3) Δάφνιν

τράγος πρότερος· ὁ Δάφνις δεύτερος. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν χρήσασθαι 3) καταφορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ, ὁ μὲν, τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων ἀνέμενεν. Η δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβαὶν, δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὴν σιβρόν. καὶ μαθοῦσα, ὅτι ζῇ, καλεῖ βυκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον πρὸς ἐπικουρίαν. Ο δὲ ἐλθὼν, κοῖλον ἐζήτει μακρὰν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. καὶ κοῖλος μὲν οὐκ ἦν. ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν, δίδωσι καθεῖναι τῷ βυκόλῳ· καὶ ὅπως οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες 4) εἶλκον. Ο δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ὅλης ταινίαις 5) ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. Ανιμήσαντες δὲ καὶ τὸν ἄθλιον τράγον συντεθραυσμένον ἀμφὶ τὰ κέρατα, (τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε 6) τοῦ νικηθέντος τράγου) τοῦτον μὲν δὴ τεθυσόμενοι 7) χαρίζονται σῶτρα τῷ βυκόλῳ.

p. 12.

3) Δάφνιν χρήσασθαι] Leg. Δάφνιν διὰ τὸ χρήσασθαι. MOLLVS.

4) Επὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες] Χεῖλος proprie labrum, dictum παρὰ τὸ χέειν, fundere, quia per labra potum fundimus. Hic metaphorice pro crepidine fossae: quemadmodum et apud *Hom.* Il. μ. v. 51. vbi sermo de equis est, fossam transsilire non audentibus.

— μάλα δὲ κεμίτιζον ἐπ' ἄκρῳ
Χείλει ἐφεσταότες· ἀπὸ γὰρ δεδίεσκετο τάφρος, Εὐρεῖα.

Valde enim hinniebant in summo
Labro stantes: Nam deterrebat fossa lata.

Liu. Extra duplex vallum fossae circumdedit: interiore labro cum turribus crebris obiecit. *Caes.* Quantum summa labra fossa distabant. IDEM.

Eadem, vt in praecedentibus notauerat *Columbanius.* BODEN.

5) Τοῦς

cus, posterior Daphnis. Quod ipsum etiam Daphnidem seruauit, vtpote hirco pro vehiculo vsus, quando praeceps deferebatur, qui lacrymans, si quis forte veniret, subducturum praestolabatur. Chloe, conspecto, quod euenerat, cursu contendit ad cuniculum, atque viuere illum intellecto, accersit pastorem vicinis ex agris, vt suppetias ferat, rogans. Ille accedens, longum quaerebat funem, vt, apprehenso eo, extrahatur, atque euadat: verum ad manum non erat funis. Qua propter Chloe suas taenias solutas dat pastori demittendas, stantesque in crepidine trahebant. Ille vero sequendo manibus taenias, quibus trahebatur, adscendit. Postquam autem miserum illum hircum extraxissent, vtroque vulneratum cornu (vsque adeo deuicti hirci poenas persecutor dedit) hunc ipsum iamiam immolaturi, praemium partae salutis bubulco

5) Ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις] Pro eo lege, ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς.

MOLL. et COLVMB.

6) Η δίκη μετῆλθε] Videlicet τὸν διώκοντα. Habet hoc verbum μετέρχομαι crebro vlciscendi significationem, item persequendi et puniendi. *Antiph.* μετέρχομαι τὸν φονέα τῦ πατρὸς, vlciscor occisorem patris. *Euripid.* μετελθεῖν γάμους Ελένης ὑβριοθέντας, sumere vindictas de violatis Helenae nuptiis. *Aphth.* Τὰ ἁμαρτήματα τῶν παίδων μετέρχονται, peccata puerorum puniunt. *Pauf.* fere vt noster, libr. I. Attic. nisi quod vsus fuerit verbo περιέρχεσθαι, quando inquit, Κλεοπάτραν δὲ περιῆλθεν ἡ δίκη τῆς Πτολεμαΐδι φυγῆς. Digna autem facinore poena Cleopatram consecuta est. *Plut.* in vita Crassi: δίκη Ηρῴδην μετῆλθε, poenas dedit Herodes. MOLLVS.

7) Τυθησόμενοι] Lege τυ-

κόλῳ.8) καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τὸς οἴκοι λύκων ἐπιδρομήν, εἴ τις αὐτὸν ἐπάθησεν. Αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες, ἐπισκοπῶντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ σε, λέχει δρυὸς, ἐσκόπων μή τι μέρος τῦ σώματος ὁ Δάφνις ἦμαξε καταπεσών. Τέτρωτο μὲν ὃν ἀδὲν, ἀδὲ ἤμακτο ἀδέν· χώματος δὲ καὶ πηλῦ πέπασο, καὶ τὰς κόμας, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα· ἐδόκει δὲ λέσαθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέθαι τῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. Καὶ ἐλθὼν ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον τῶν νυμφῶν,9) τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν πήραν — — ἐγένετο.10)

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει. τί ποτέ με Χλόης ἐργάσεται φίλημα; χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον. τὸ δὲ φίλημα,

θυτέμενοι. Nisi quis malit τιθυτόμενοι, h. e. iamiam immolandum. IDEM.

V. τιθυτέμενοι. P. COLVMBAN.

An τιθηνέμενοι; IVNGERM.

8) Σῶτρα τῷ βακόλῳ] Σῶτρον est praemium, quod conseruatus conseruatori reddit. Apud Romanos quercina corona dari solet τῷ σώσαντι πολίτην ἐν πολέμῳ, qui ciuem in bello seruasset. Apud *Xenophont.* de seruo fugitiuo: ἄλλος παρακαλῶ σῶτρα τούτῳ ἀνακρύσσειν, vt praemia denuntient ei, qui fugitiuum mihi asseruarit. MOLLVS.

Vide, quae ad *Achillem Tat.* Cap. I. Lib. I. notaui. BODEN.

9) Τῶν Νυμφῶν] Addendum putat *Columbanius*: ἐν

bubulco donant, ementituri apud suos luporum incursionem, si quis illum desideret. Ipsimet reuersi ouium caprarumque inspiciunt gregem. Cumque intellexissent, vtrumque gregem decenti ordine pascere, insidentes quercus trunco, numquam corporis partem praeceps delapsus cruentasset, speculabantur; sed pars nulla laesa, aut cruentata erat, coma tantum corporeque reliquo puluere lutoque aspersо. Quare visum fuit, prius abluere corpus, quam casus ille innotesceret Lamoni atque Myrtalae. Deinde vna cum Chloe ad antrum Nympharum veniens, eidem peram atque tunicam tradidit. — —

CAPVT VII.

Haec et id genus alia deinde apud se nugabatur. Quid tandem mihi creabit Chloes osculum? Labia quidem ipsis rosis delicatiora, osque eius

 mellis

ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, in quo fons erat. MOLLVS.

10) Τὴν πήραν .... ἐγένετο] Velim suppleant hanc lacunam, quibus diuersi in mundo sint codices. Si mea quid coniectura valeat, hoc modo huic loco medicinam facerem, addendo, καὶ πολλὰ φιλήματα ἐγένετο, multaque interceſſerunt oscula. Clariſſ. *G. Jungermannus* sic restituendum putat: ἐπὶ δὲ μόνος ἐγένετο, postquam vero solus fuit. IDEM.

Labes manifestissima: cui tamen medicinam neque e libris nostris, neque ex iis lectionum varietatibus, quas ex *Vrsino* accepimus, facere potuimus. COLVMB.

1) Καὶ

λημα, κέντρε μελίττης πικρότερον.[1]) Πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους· πολλάκις ἐφίλησα σκύλακας ἀρτιγενήτους, καὶ τὸν μόχον, ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο. ἀλλὰ τοῦτο φίλημα καινόν·[2]) ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία,[3]) τήκεται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅμως πάλιν φιλῆσαι θέλω. ὦ νίκης κακῆς· ὦ πόσου καινῆς, ἧς οὐδὲ εἰπεῖν οἶδα τὸ ὄνομα. ἆρα φαρμά-

p. 13.

[1]) Καὶ τόμα πρίων γλυκύτερον. Τὸ δὲ φίλημα κέντρε μελίττης πικρότερον] *Apuleius*, ſuae Fotidi oſculo fixo, pronus in illam, qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit, inquit, mellitiſſimum illud ſuauium impreſſi. Ad quae Fotis: Heus tu, Scholaſtice, dulce et amarum guſtulum carpis, caue, ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas. Eſt haec ſententia Plautina ex *Ciſtellaria*. Amor, et melle, et felle, eſt foecundiſſimus: guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem vſque aggerit. *Clitophon* apud *Achill. Tat.* libr. 2. iactans oſculi dulcedinem, ait: ἡδίκησεν δὲ ἐτικαθήμενε μοι τῷ φιλήματος ὥσπερ σώματος, καὶ ἐφύλαττον ἀκριβῶς, ὡς θησαυρὸν τὸ φίλημα τηρῶν ἡδονῆς· ὃ πρῶτόν ἐστιν ἐρασῇ γλυκύ. Baſium in labris reſidere ſentiebam, et dulcedinem eius, ceu theſaurum quempiam, diligenter cuſtodiebam. Id enim eſt, quod primum amanti dulce accidit.

MOLLVS.

[2]) Τοῦτο φίλημα καινόν] Tria ſunt, teſte *Donato*, oſculandi genera: oſculum, baſium, et ſuauium; oſcula officiorum ſunt, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinum, vel amorum. Addidit non ſine cauſa pronomen τοῦτο. Eſt enim in pronominibus magnum dicendi pondus, magnusque ex his intellectus naſcitur. Nam dicendo τοῦτο φίλημα vult intelligi illud dulciſſimum ſuauium, quod amatori amaſia, ſiue amica, ardenter

mellis fauis dulcius; at oſculum quouis apis aculeo acerbius. Saepius oſcula fixi haedis, frequenter ſuauia recens natis catulis, nec non vitulo, dedi, quem donauit Dorco: at hocce oſculum admirabile eſt. Quippe ſpiritus meus exultat; cor exilit; anima liqueſcit: attamen iterum ſuauiari cupio. O improbam victoriam! O nouum morbum! Cuius

denter, vel vice verſa infigit: illud, quo labella labellis ferruminantur: illud, quod Venus quinta parte ſui nectaris imbuit: denique illud, quod libidinis eſt ſuſcitabulum, et ſubagitantis anteludium.

IDEM.

3) Εκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία] *Achill. Tat.* lib. 2. Τὸ φίλημα βάλλει τὴν καρδίαν. ἡ δὲ ταραχθεῖσα τῷ φιλήματι, πάλιν τάχα, εἰ δὴ μὴ τοῖς σπλάγχνοις ἦν δεδεμένη, ἠκολούθησεν ἂν ἑλκυσθεῖσα τοῖς φιλήμασιν. Corpulſat baſium, quod baſio conturbatum ſalit: ac niſi viſceribus nexum haereret, attractum baſia ſequeretur. Veteres amatoria quadam dementia excoecati, animas credebant inſpirari poſſe, et amatorio oſculo in aliud transfundi corpus. *Euſtathius*: καὶ ὅλην κατέδακνον καὶ ὅλην ἀνέῤῥοφον τοῖς χείλεσι, καὶ ὅλος ὅλην ὡς κίττος ξυνεῖχον κυπάρισσον, ξυνεχόμην αὐτῇ, καὶ τὴν φύσιν ἐζήτουν κοινώσασθαι. Et totam mordebam oſculo, et totam exſugebam labris, et totus totam, ceu hedera adſtringit cupreſſum, amplexabar puellam, copulabar ipſi, et naturam, ſeu animam, quaerebam communicare. *Phauorinus*: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι ψαύοντες, ἢ συνάπτουσι τὰς ψυχάς; (Quid enim aliud faciunt ora iungentes (oſculantes) quam quod animas coniungant?) *Petronius Arbiter*:

Qualis non fuit illa, Di,
Deaeque!
Quam mollis thorus! haeſimus calentes,
Et

φαρμάκων 4) γεύσατο Χλόη μέλιτος ἀπό με φιλεῖν; πῶς ἂν οὐκ ἀπέθανεν; οἷον ᾄδουσιν αἱ ἀηδόνες· ἡδὺ ἐμὴ σύριγξ σιωπᾷ; οἷον σκιρτῶσιν οἱ ἔριφοι, κἀγὼ κάθημαι; οἷον ἀκμάζει τὰ ἄνθη, κἀγὼ στεφάνους οὐ πλέκω; ἀλλὰ τὰ μὲν ἴα καὶ ὁ ὑάκινθος ἀνθεῖ· Δάφνις δὲ μαραίνεται. ἆρά μου καὶ Δόρκων 5) εὐμορφότερος ὀφθήσεται; τοιαῦτα ὁ βέλτιστος Δάφνις ἔπαχέ καὶ ἔλεγεν, οἷα πρῶτον γενόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων.

ΚΕΦΑΛ. η'.

Ὁ δὲ Δόρκων ὁ βουκόλος ὁ τῆς Χλόης ἐραστής, φυλάξας τὸν Δρύαντα φυτὸν κατορύττοντα πλησίον κλήματος, πρόσεισιν αὐτῷ μετὰ τυρῶν καὶ συρίγγων τινῶν γαμικῶν· 1) καὶ τὰς μὲν τυρὰς

Et transfudimus hinc et hinc labellis,
Errantes animas.
IDEM.

4) Ἆρα φαρμάκων ἐγεύσατο χλόη] *Moschus:*
— καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι, φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐστί.
Plut. Sympoſ. 8. qu. 7. etiam inter cauſas ex *Ariſtot.* citat, cur Pythagoras in aedibus hirundinem haberi vetabat, nimirum quod cicadas venetur, quia hae Muſis ſunt ſacrae, et canorae. Ita *Plutarch.* σαρκοφάγος γὰρ ἐστι (nempe χελιδὼν) μάλιστα τὰς τέττιγας ἱερὰς καὶ μουσικὰς ὄντας ἀποκτίννυσι, καὶ σιτεῖται, καὶ πρόσφορος αὐτῆς ἡ πτῆσίς ἐστι, τὰ μικρὰ, καὶ λεπτὰ τῶν ζώων ἀγρευόσης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Carniuora eſt enim hirundo, et maxime cicadas Muſis ſacras et canoras interficit, iisque veſcitur; propterque terram volitat, exigua vexans animalcula, vt ait *Ariſtoteles.* *Plinius*, libr. 10. cap. 24. Hirundinem ſolam auem ex iis, quae aduncos vngues non habent, carnibus veſci notat. Dicta eſt Grammaticis χελιδὼν a χείλη δονεῖν, quod labra agitet, vel quia χείλη οἰδάνει, labra ei tumeant: vel potius χείλεσιν ᾄδει, labiis canat. In hanc auem fabulantur poetae Pandionis Athenienſis Regis filiam Prognem, nuptam Thracum regi Thereo, mutatam eſſe.

MOLLVS.

8) Επομένη, adde ἐκείνη.

IDEM.

N. et V. ἐπ' ἐκείνη.

COLVMB.

Haec in editionibus deficien-

χθὲν, μέγα βοήσασα τῶν ὕπνων ἐξέθορεν. 9) Ἰδοῦσα δὲ καὶ τὴν χελιδόνα ἔτι πλησίον πετομένην, καὶ τὸν Δάφνιν ἐπὶ τῷ δέει γελῶντα, τῇ φόβῳ μὲν ἐπαύσατο, τὰς δὲ ὀφθαλμὰς ἀπέματτεν 10) ἔτι καθεύδειν θέλοντας. Καὶ ὁ τέττιξ ἐκ τῶν κόλπων ἐπήχησεν 11) ὅμοιον ἱκέτῃ χάριν ὁμολογοῦντι τῆς σωτηρίας.

ficientia ob Florentinum et Vrſini codd. ſuppleui.

BODEN.

9) Τῶν ὕπνων ἐξέθορεν] *Luc.* in dial. Cyclop. et Neptun. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλόμενος. Vt alte dormiuiſti, fili, qui non exilieris interim, dum excoecaris. Alio loco addidit praepoſitionem, ἐκθορὼν ἀπὸ τοῦ ὕπνου, e ſomno exilire.

MOLLVS.

10) Τὰς ὀφθαλμὰς ἀπέματτεν] Exprimit vere eorum geſtus, qui, ſomno excuſſi, oculos fricare amant.

IDEM.

11) Καὶ ὁ τέττιξ ἐπήχησεν] D. *Euſtathius* in Hexaem. οἱ δὲ τέττιγες ἐν ἐπομβρίᾳ γίνονται, ἡσυχάζουσι δὲ καιρὸν, ἐπειδὴ τῇ δρόσῳ πήγνυνται· πλάττουσι δὲ καὶ ᾠδὴν τὸ πτερὸν αὐτῶν φάσκουσι. Cicadae imbre generantur, et obmuteſcunt, quando rore concreſcunt; earum alam et cantum, et ſtrepitum edere aſſeuerant. Hinc Cicadae inter inſecta ἐγκέλαδα numerantur, quod ſonoram edant vocem, quod Graecis dicitur τεττίζειν, id eſt ſtridere. *Theocritus* a ſono, quem emittunt, vocat λαλαγεῦντας. Idyll. 7. v. 139.

Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον,

Cicadae canentes ſuſtinebant laborem, id eſt laborabant. Latini Cicadas dicunt fritinnire, auctore illo, cuius de Philomela extat carmen:

Et cuculus cuculat, fritinnit rauca cicada.

Adrianus Turnebus in ſuis ad *Varronem* de lingua latina commentariis, ait: Hirundo fritinnit ſuauiter; alii cicadam fritinnire, hirundinem trinſare aſſerunt. Increpe-

num volantem hirundinem, Daphnidemque illius risu pauorem excipientem oculis absterſis, etiamnum ſomno grauatis, vltra timere deſiit. Atque cicada inſtar ſupplicis gratias agentis de ſalute parta, ipſo e ſinu inſonuit. Iterum altum clamauit Chloe, riſit Daphnis: atque illam occa-

 ſionem

Increpare cicadas *Calpurnius* dixit, hoc eſt cum ſtrepitu, et ſonora voce in aliquem inſurgere. Cauſam, quare Cicadae canant, exponit *Ariſtot.* libr. de iuuent. et ſenect. vita et morte, reſpirat. cap. 11. Videntur enim ex ratione illa ſcilicet membranarum elatione anhelare et refrigerari quodammodo, et lib. 4. de hiſtor. animal. c. 9. declarat modum huius ſoni: ait enim membranas illas ſpiritu interiori, non exteriori illiusque ſpiritus attritu ſonum edi. Τὰ μὲν ἔμ ἔντομα, ἅτε φωνεῖ, ἅτε διαλέγεται, ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι, ἀ τῷ θώρακι. ἐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν, βομβεῖν, οἷον μέλιττα, καὶ τὰ πτηνὰ αὐτῶν· τὰ δὲ, ᾄδειν λέγεται, οἷον οἱ τέττιγες. πάντα δὲ ταῦτα ψοφεῖ τῷ ὑμένι ὑπὸ τὸ ζῶμα, ὅσον διήρτηται, οἷον τὸ τῶν τεττίγων γένος τῇ τρίψει τῦ πνεύματος. Ideoque ad hoc, vt canant, neceſſe eſt, vt ſint praecinctu diuiduae, et ſub ſepto tranſuerſo diſſectum eſſe illis, ſiue maiores ſint, ſiue minores: nam non diuiduis, et quibus non eſt ſciſſum, mutae ſunt omnino. Dorſo illas reſonare ſcripſit *Horus* libr. 2. cap. 55. ἔτος γὰρ διὰ τῦ σώματος ἀ λαλεῖ, ἀλλὰ διὰ τῆς ῥάχεως φθεγγόμενος καλὸν μέλος ἀείδει. *Aelianus* de hiſtor. animal. lib. 1. cap. 20. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἰδικῶν ὀρνίων εὐσομεῖ, καὶ τῇ γλώττῃ φθέγγεται δίκην ἀνθρώπυ, οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξύν εἰσι λαλίστατοι. *Proclus Diadochus* arbitrabatur ex alarum ſolo attritu cantum cicadarum prouenire, cum inquit: ὁ τέττιξ ὑπὸ ταῖς πτέρυξι τρίβων ἑαυτὸν, καὶ ἦχον ἐκπέμπων, cicada ſub

p. 21. ρίας. Πάλιν ἦν ἡ Χλόη μέγα ἀνεβόησεν· ὁ δὲ Δάφνις ἐγέλασε. Καὶ προφάσεως λαβόμενος, καθῆκεν αὐτῆς εἰς τὰ στέρνα τὰς χεῖρας, [12]) καὶ ἐξάγει τὸν βέλτιστον τέττιγα, μηδὲ ἐν τῇ δεξιᾷ σιωπῶντα. Ἡ δὲ ἥδετο ἰδοῦσα, [13]) καὶ ἐφίλησε λαβοῦσα, [14]) καὶ αὖθις ἐνέβαλε τῷ κόλπῳ λαλοῦντα.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Ἔτερψεν αὐτὸς τότε [1]) φάττα βακολικὴ [2]) ἐκ τῆς ὕλης φθεγξαμένη. Τῆς Χλόης ζητούσης μαθεῖν

sub alis semet atterens, atque vocem siue strepitum emittens. IDEM.

[12]) Καθῆκεν αὐτῆς εἰς τὰ στέρνα τὰς χεῖρας] In sinum illius demisit manus; vel illius pectori manus admouit. Sunt hae merae amantium ineptiae, atque nugae; videlicet inuadere basiolis amatas, illas improba tractare manu, implere lactentibus papillis manus, easque in sinum demittere, *Ouid.* 1. Amor.

Forma papillarum, quae
fuit apta premi.

Lucian. in dial. meretric. καὶ περιέβαλλον, καὶ τὰς μασθὰς ἐθλιβον, et implexabantur, et papillas premebant. Apud *Plaut.* in Pseud. papillarum horridularum oppressiunculae. *Terent.* in Heaut. Vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere?

IDEM.

[13]) Ἥδετο ἰδοῦσα] Haec figura antiquis dicebatur παρήχησις, quae definitur Hermogeni, figura continens ὀνόματα ὅμοια μὲν ἠχοῦντα, διάφορον δὲ δήλωσιν ἔχοντα. Recentioribus παρανομασία, siue adnominatio vocatur: quando dictio, literae, aut syllabae alicuius commutatione, significatione quoque commutatur. Tale χῆμα est: μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται, quod *Plinius*

occasionem nactus, manu suo pectori illius admota, optimam illam cicadam, nequedum in dextera intra silentium sese continentem, eduxit: qua conspecta admodum delectabatur, apprehensamque deosculata, iterum sinu suo excipit sonantem.

CAPVT XIII.

Oblectauit illos etiam palumbes pastoralis e sylua canendo. Quaerentem autem Chloen quidnam

nius XXXV, 9. retenta eadem figura, enunciauit hoc modo: inuisurum aliquem facilius, quam imitaturum. Haec sententia fuit Apollodori Pictoris Athenienſis. IDEM.

Nota παρήχησις, vt et inferius: ἡ δὲ ἤδε ταῖς ἀηδόσιν ἐρίζουσα, et ἐπὶ πολὺ λυπεῖν ἐθέλουσα. De hac figura eiusque speciebus latissime *Eustathius* agit in primum Iliad. et *Hermog.* περὶ εὑρεσ. tom. 4. περὶ παρηχήσεως. (Reliqua *Mollus* habet.) COLVMB.

14) Εφίλησε καὶ λαβοῦσα] V. ἐφίλησε λαβοῦσα. IDEM.

Forte pro καὶ λαβοῦσα legendum καταλαβοῦσα, vt in editione Pariſ. BODEN.

1) Τότε] In Iungermanni, vt et Columbanii editionibus legebatur πότε, quod mendum ope Florentini codicis et Vrsiniani eluendum. IDEM.

N. et V. τότε P. et mox pro βυκολικὸν N. et V. βυκολικὴ P. COLVME.

2) Φάττα βυκολικὴ] Habebatur noſtro in codice βυκόλικον. Itaque si quis hoc ipsum retinendum esse contendat, non magnopere refragor, vertesque carmen pastorale: quemadmodum ferale dicimus carmen. Inter caeteras aues, quae suo cantu

θεῖν[3]) ὅ, τι λέγει, διδάσκει αὐτὴν ὁ Δάφνις μυθολογεῖν[4]) τὰ θρυλλέμενα. „Ην παρθένος,[5]) παρ„θένε, ὡς σὺ, ἔτω[6]) καλὴ, καὶ ἔνεμε βῶς πολλὰς „ἔτως ἐν ἡλικίᾳ.[7]) ἦν ἄρα καὶ ᾠδικὴ, καὶ ἐτέρ„πετο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ, καὶ ἔνεμεν ἔτε „καλαύροπος πληγῇ, ἔτε κέντρου προσβολῇ· ἀλ„λὰ καθίσασα ὑπὸ πίτυν, καὶ στεφανωσαμένη „πίτυϊ, ᾖδε πᾶνα καὶ τὴν πίτυν. Καὶ αἱ βόες τῇ „φωνῇ παρέμενον. Παῖς ἐ μακρὰν νέμων βῶς, καὶ „αὐτὸς καλὸς, ᾠδικὸς ὡς ἡ παρθένος. Φιλονεικήσας[8]) πρὸς

cantu paſtores oblectare ſolent, palumbes recenſeri ſolent. *Virg.* Ecl. 1. verſ. 58.

Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes.
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.

Dicta φάσσα a φάζω occido, quod obnoxia occiſioni. *Athenaeus* libr. 9. c. 11. ex Ariſtotele tradit, quod quinque ſint columbarum ſpecies, περιστερὰ, οἰνὰς, φάψ, φάσσα, τρυγὼν, columba, vinago, palumbes minor, vulgo Biſet, palumbes maior, vulgo Ramier, ita *Dalechampius*. *Euſtat.* in Hexaem. de hac aue ita ſcribit: αἱ δὲ φάσσαι ἐκ ὕδατί πτυσιν ἐπωάζουσαι, ἀλλὰ μεταστᾶσαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρευτῶν εἰς ἕτερον τόπον ἐκτρέφουσι τὰς νεοττιάς. καὶ ἐπειδὰν αἴσθωνται εἰς θήραν ἀφιγμένους τινὰς, τῶν νεοττῶν ἀνίπτανται, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων σπουδὴν εἰς ἑαυτὰς περισπῶσι, καιρὸν φυγῆς τοῖς νεοττοῖς παρέχουσαι, καὶ ἐκφυγόντων τῶν νεοττῶν, μάλα θαρσαλέως σὺν τοῖς νεοττοῖς, ἀπάρασαι, ὠθειροβατοῦσιν. Palumbes non, vbi pariunt, pullationem faciant, ſed multitudine venatorum, locis mutatis, alibi pullos nutriunt; vbi venatores fuerint odoratae, ante pullos excurrentes euolant, et in ſemet venatorum impetum, et ſtudium conuertunt, interim pullos, fuga parata, tutan-

nam auis caneret, docet hanc vulgo celebratam decantare fabulam. Virgo erat, mea virgo, vt tu, admodum formosa, tibique par aetate, quae multas pascebat vaccas. Erat profecto et illa admodum canendi perita, impenseque illius modulatione delectabantur boues, adeo vt non regeret illam pedi plaga, aut vllo stimuli ictu; sed sub pino sedens, pineaque cincta fronde, Pana atque Pinum cantu celebraret, eoque delinitae vaccae ab illa nunquam discederent. Iuuenis non longo illinc interuallo pascens boues,

tutantur, quibus in fugam datis, audacter volatus eorum matres prosequutae, sublimi aeri se committunt. Vtrum sese ita res habeat, nec ne, nos in medio relinquimus.

MOLLVS.

3) Χλόης ζητούσης μυθῶν] Φιλόμυθον γάρ πως τὸ μὲν γυναικῶν γένος, ait *Tat.* L. V. vbi itidem Leucippe Philomelae et Terei depictas fabulas videns, quaerit ex Clitophonte τί βέλτιον τῆς εἰκόνος ὁ μῦθος;

IVNGERM.

4) Μυθολογῶν] In Paris. pro coniectura μυθολογῶν, quod idem fere est.

BODEN.

5) Ην παρθένος] Απορνίθωσις palumbis.

IVNGERM.

6) Παρθένε, ὡς σὺ] Verba: ὡς σὺ aberant a textu, reperiebantur vero in vtraque versione tam Iungermanni, quam Molli, nec minus in Vrsiniano codice, quare textui inserenda putaui. BODEN.

V. παρθένε (ὡς σὺ) ἔτω. P.

COLVMB. IVNG. MOLL.

7) Εν ἡλικίᾳ] Nisi malis legere ἐν ὕλῃ, in sylua.

MOLLVS.

N. et V. ὕλῃ. P.

COLVMB.

8) Φιλονεικήσας πρὸς τὴν] V. φιλονεικήσας τὴν. P.

COLVMB.

9) Τῇ

„πρὸς τὴν μελῳδίαν, μείζονα ὡς ἀνὴρ, ἡδεῖαν ὡς παῖς
„φωνὴν, ἀντεπεδείξατο. Καὶ τῶν βοῶν ὀκτὼ τοὺς
p. 22. „αἱρέσας ἐς τὴν ἰδίαν ἀγέλην θέλξας, ἀπεβουκόλη-
„σεν. ἄχθεται ἡ παρθένος τῇ βλάβῃ τῆς ἀγέ-
„λης, τῇ ἥττῃ 9) τῆς ᾠδῆς· καὶ εὔχεται τοῖς
„θεοῖς ὄρνις γενέσθαι, πρὶν οἴκαδε ἀφικέσθαι·
„Πείθονται οἱ θεοὶ, καὶ ποιοῦσι τήνδε τὴν ὄρ-
„νιν, 10) ὄρειον ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκείνην.
„Καὶ ἔτι νῦν ᾄδουσα μηνύει 11) τὴν συμφοράν, ὅτι
„βοῦς ζητεῖ πεπλανημένας.“

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

Τοιάσδε τέρψεις αὐτοῖς τὸ θέρος παρεῖχε. Μετ-
οπώρᾳ δὲ ἀκμάζοντος καὶ τοῦ βότρυος, 1) Τύριοι λῃσαὶ καρικὴν ἔχοντες ἡμιολίαν, 2) ὡς ἴσως

9) Τῇ ἥττῃ] In Paris. τῇ (τι) ἥττῃ, quod probo. BODEN.

10) Τὴν ὄρνιν] N. τὴν abeſt. COLVMB.

11) Αἰδεσα μηνύει] Cantum palumbi etiam tribuit *Plinius*, eumque ſequutus *Angelus Politianus*, cum canit:

Cum ſua Torquati recinunt dictata palumbes.

Palumbi *Maro* raucam dedit vocem, vt videre eſt in verſu ſupra citato. Sed qualis vox illa ſit, alii aliter ferunt. Plauſitare palumbes nonnulli dicunt. Auctor Philomelae:

Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes.

Aelius Spartianus minurrire illas aſſerit. Vnde minurritiones minorum auium cantus, teſte *Feſto* appellatae. *Martialis* gemere perhibet ad Baſſum:

Gemit

ues, et ipse formosus, et musicus, qualis haec virgo, cumque illa de melodia contendens, maiorem quidem, vtpote mas, dulcem sonum, vtpote puer, contra edidit. Vnde octo vaccarum optimas, suum in armentum pellectas, abegit. Ferens hoc aegre virgo sui armenti damnum, cantuque succubuisse dolens, precatur Deos, vt in auem, antequam reuertatur domum, conuertatur. Morem Dii gerunt, inque auem illam mutant, montanam atque musicam, virgini isti similem, quae etiamnum canendo suae indicium iacturae, errabundas quaerens vaccas, facit.

CAPVT XIV.

Eiusmodi oblectamenta illis suppeditauit aestas. At adulto iam autumno, vuaque matureſcente, Tyrii praedones, Hemiolia carica, ne forte barbari vide-

Gemit hinc palumbes.
MOLLVS.

[1]) Βότρυος] Videtur aliquid deesse, vnde Parisiensis addit: ἤδη πεκάζοντος.
BODEN.

[2]) Καρικὴν ἔχοντες ἡμιολίαν] Περὶ τῆς ἡμιολίας multis agit Cl. *Salmasius* in obseruatt. ad ius atticum et Rom. vbi ita scribit: Dicitur ἡ ἡμιολία absolute de huiusmodi naue, quae comparatione alterius, magnitudinem eius aequat, et praeterea etiam dimidia illam parte exsuperat. Deinde paulo post: At medium genus fuit inter πεντηκόντορον, hoc est nauim actuariam quinquaginta remorum, et εἰκόσορον, viginti remorum, ea nempe quam τριακόντορον vocabant. Ipsa est, quam quaerimus. Illi duplex nomen. A numero remorum dicta quippe τριακόντορος, et a proportione ad εἰκόσορον ἡμιολία appel-

ἵνας μὴ δοκοῖεν βάρβαροι, προσέχον τοῖς ἀγροῖς· καὶ ἐκβάντες σὺν μαχαίραις καὶ ἡμιθωρακίοις

appellata. Quia tricenarius numerus ἡμιόλιος est vicenarii. Si quae onerariae remis agebantur, eae non plures quam vicenos habuerunt, et εἰκόσοροι ideo appellatae. Quo plures autem remos haberet nauis, eo necessario longior erat. Ideo et πεντηκόντορες longae nomen meruit. Media inter vtramque, id est, inter πεντηκόντορον et εἰκόσορον fuit ea, quae dicebatur τριακόντορος, atque ἡμιολία. Non tam longa erat, quam πεντηκόντορος, longior εἰκοσόρε, leuiorque et agilior, quia pluribus remis incitabatur. *Thucyd.* libr. 4. τριακόντορον inter piratica nauigia recenset. Veteres quoque Grammatici ἡμιολίαν piraticae genus esse interpretantur. *Suidas*, ἡμιολίοις, πειρατικοῖς πλοίοις. Auctor incertus apud eundem, et forsean *Polybius*. λῃστήν τινες εἰς πολυχειρίαν καὶ πειρατικῶς ἡμιολίαις τῇ λακωνικῇ προσπεσόντες εἰς τὰ χωρία ἐσαγάμενοι λείαν ἀπήγαγον. Latrones quidam magna manu, et piraticis nauigiis ad Laconicam appulsi, in agros irruptione facta, praedam abegerunt. Non igitur dubium est ex his, quae diximus, quin τριακόντορος et ἡμιολία idem sit nauigii genus, quo vt plurimum piratae vti consueuerant. Non enim longis nauibus, quales erant πεντηκόντοροι vtebantur, nec rursus onerariis, quales εἰκόσοροι, quia tardiores erant, vtpote paucioribus impulsae remis. Aptissima forma videtur fuisse praedas in mari agentibus τριακόντορος, siue tricenis remis acta, quia breuior esset et velocior εἰκοσόρος, quae vsitatissima species fuit onerariarum remis instructarum, ideo et τριακόντορος, ἡμιολία dicta est τῆς εἰκοσόρε. Plura vide apud praedictum D. *Salmasium* et *Bayfium*. At Clarissimus D. *Ioannes Schefferus* in erudito atque stupendo

viderentur, appulere agros, atque e mari exeuntes, insuper gladiis accincti, et dimidiatis armati thoracibus,

pendo scripto de militia naυali, libr. 2. c. 2. negat Hemiolas esse triacontoros, cum *Hesychius* clare dicat, ἡμιόλιον πλοῖον μικρόν, Hemiolam paruum nauigium; et *Appianus* μικροῖς σκάφεσι περιπλέοντες, paruis scaphis circumnauigantes, deinde addens ἐκαρπῶντο τὴν θάλασσαν μυοπάρωσι, καὶ ἡμιολίαις, quaestum faciebant e mari, myoparonibus ac hemiolis. At Triacontoros μικρὰς σκάφας, aut μικρὰ πλοῖα, id est paruas scaphas et nauigia uocari, nusquam se obseruasse ait. Quod vt firmius persuadeat, profert verba *Arriani*, quae extant init. VI. Expedit: Παρεσκευάσθησαν αὐτῷ ἐπὶ τῷ ὑδάσπῃ τῶν ὄχθας πολλὰς μὲν τριακοντόροι καὶ ἡμιόλιοι, πολλὰ δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα. Parauerunt ei ad Hydaspis ripas multas triacontoros, et hemiolas, multas etiam hippagines. *Vulcanius* reddidit biremes, secutus *Hesychium*, qui inquit, ἡμιολία, ἡ δίκροτος ναῦς, hemiola est dicroton, vel biremis. Sed existimo plane *Hesychium* minimam nauiculam intelligere, quae binis remis a singulis, inquit Cl. *Schefferus*, ampherum more agitatur. Non quasi omnes fuerint eiusmodi, sed quia aliquae ex iis, quae sic agerentur, ordinibus certe binis intelligere non potuit: sed δυηρεμιολία potius fuit eo modo structa, sicut τριηρεμιολία, id est Hemiola cum duobus ordinibus: quae praeter caetera, in eo quoque differebat a biremibus, quod nec tam longa esset, nec tot remis ageretur, quemadmodum et τριηρεμιολία talis fuit, sed cum tribus ordinibus. Haec D. *Schefferus*, quem vide dicto capite. *Bayfius* dicit esse genus nauigii, quod a puppi ad malum vsque binis remis, a malo ad proram vnico agitatur, cuiusmodi sunt, quas hodie fustas vocamus. MOLLVS.

οις 3) κατέσυρον πάντα τὰ εἰς χεῖρας ἐλθόντα· οἶνον ἀνθοσμίαν, 4) πυρὸν ἄφθονον, μέλι ἐν κηρίοις, ἤλασάν τινας καὶ βῶς ἐκ τῆς Δόρκωνος ἀγέλης. Λαμβάνουσι καὶ Δάφνιν 5) περὶ τὴν θάλατταν ἀλύοντα. 6) ἡ γὰρ Χλόη βραδύτερον 7) ὡς κόρη

3) Ημιθωρακίοις] Ημιθωράκιον, dimidiatus thorax. *Poll.* libr. I. περὶ ὅπλων ὀνομάτων. Ἰάσων δὲ ὁ Θετταλὸς, καὶ ἡμιθώρακια περισχεῖν, Iason ille Theſſalus etiam dimidiatas loricas inuenit. Erat ſimile quiddam hodierno pectorali, ſed minus longum, et aequabiliter quadrum, quod Romani pectorale vocabant, a re, et vſu, quod pectori tegendo eſſet inuentum. Ima ventris ſatis ſcutum muniebat. Hoc genus *Polyaenus* etiam ἡμιθωράκια appellat, h. e. ſemiloricas. *Pauſanias* veterum et homericas loricas deſcribens: duae, inquit, erant aereae partes, illa quidem pectori apta, haec vt dorſo tegmen eſſet. Vocabant et Gyala, ſiue caua, et curua, a forma. Illam antrorſum, hanc retrorſum induebant. Deinde fibula vtramque iungebant. In vtroque item latere loricas illas fibulae iungebant. IDEM.

4) Οἶνον ἀνθοσμίαν] Ανθοσμίας οἶνος, vinum eſt florum odorem habens, odoriferum, odoratum, compoſ. ex ἄνθος, flos, et ὀσμὴ, odor. *Heſych.* Ανθοσμίας οἶνος· εὔπνους, ἢ ἄνθος ἔχων. *Suidas*: ἀνθοσμίας· εὐώδης οἶνος, εὔοσμος. ἀπὸ τῆ τόπε Ανθοσμίε, ἢ ὡς ἀπὸ εἴδους ἀμπέλε· ἢ ὁ ἡδὺς, καὶ περίοσμος, καὶ ἀνθηρός. Vinum odoriferum, vinum odoratum, vel ab Anthoſmio loco ſic dictum, vel a vitis genere ſic adpellatum, vel ſuaue, vel quod valde ſuauem odorem habet, et floridum. *Ariſtoph.* in Ran. Διόνυσε πίνεις οἶνον ἐκ ἀνθοσμίαν, Dionyſe, bibis vinum non anthoſmiam, i. e. non generoſum, non ſuaue. Alii exponunt illud *Ariſtophanis*, Dionyſe, florem vini vete-

bus, cuncta, quae in manus incidebant, diripiebant: nempe vinum odoriferum, magnam frumenti copiam, etiam mel, quod suis continebatur fauis. Abegerunt et boues nonnullas de grege Dorconis. Capiunt etiam Daphnidem indignantem, aegreque ferentem

 moram.

veteris haud bibis, flores olens. Dicitur quis ἄνθεος ὀσδόμενος, *Xenoph.* apud Athen.

Εν κεράμοις ἄνθεος ὀσδόμενος,

In doliis flores olens.

Ad haec *Casaubonus*. Quod vulgo Graeci anthosmiam vinum appellabant, Xenophanes intellexit illo versu apud *Deipnosophistam*:

Μείλιχος ἐν κεράμοις ἄνθεος ὀσδόμενος.

Eustath. ad versum hunc, qui exstat Odyss. β.

Εν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Εσαν, ἄκρητον, θεῖον ποτὸν ἔντος ἔχοντες.

Ibi vero dolia vini veteris dulcis
Stabant, purum, diuinum potum habentia.

Ἢ καὶ ἀπὸ σώματος, σάμενον ἀνογομένων, ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου ὀσμὴ θεσπεσίη. Deinde addens τὰν δὲ τοιοῦτον, ὑπονοητέον ἀνθοσμίαν εἶναι. Cuius ab ore apertis doliis diuinus odor olet violas, rosas, et hyacinthum: cogitandum est tale esse anthosmiam.

IDEM.

5) Καὶ Δάφνιν] V. καὶ τὸν Δάφνιν et statim περὶ τὴν θάλατταν ἀλύοντα. V. ἀλύοντα περὶ τὴν θάλατταν.

COLVMB.

6) Ἀλύοντα] Indignantem, ita *Theodoretus* ἐν λόγῳ. 13. ἀλύοντα καὶ δυσχεραίνοντα, indignantem, aegreque ferentem moram. Alias exponitur nauseo. *Plutarch.* in Anton. καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ὕπνους καὶ περιπάτους ἀλύοντος, somnos diurnos ac ambulationes nauseantis. Alias vagor. Idem *Plut.* de Cleopatra: συνεπλανᾶτο καὶ συνηλάλαζε, comitabatur per plateas, ac cum eo vagabatur. Laetor, apud *Sophoclem* ἐᾶτε μ' ὧδ' ἀλύειν, permittite me sic laetari. Sum otiosus,

κόρη[8]) τὰ πρόβατα ἐξῆγε τῇ Δρύαντος, φόβῳ
τῶν ἀγερώχων ποιμένων. Ἰδόντες δὲ μειράκιον
p. 23. μέγα καὶ καλὸν, κρεῖττον τῆς ἐξ ἀγρῶν ἁρ-
παγῆς, μηκέτι μηδὲν εἰς 9) τὰς αἶγας, μηδὲ εἰς
τὰς ἄλλας ἀγρὰς περιεργαζόμενοι,[10]) κατῆγον αὐ-
τὸν εἰς τὴν ναῦν κλαίοντα καὶ ἠπορημένον, καὶ
μέγα Χλόην καλοῦντα. Καὶ οἱ μὲν, τὸ πεῖσ-
μα[11]) ἄρτι ἀπολύσαντες, καὶ τὰς κώπας[12]) ταῖς
χερσὶν ἐμβαλόντες, ἀπέπλεον εἰς τὸ πέλαγος.
Χλόη δὲ κατήλαυνε τὸ ποίμνιον, σύριγγα καινὴν
τῷ

sus, ſecurus. *Plut.* in vita Anton. ἐν ταῖς περὶ κύνα βοὴν καὶ ταφίσιμιν ἀκτᾶς ἀλύειν καὶ παίζειν μετ' αὐτῆς, vt oſcitaret luderetque. In qua ſignificatione ſi quis hic ſumpſerit, non valde reluctor: nempe otioſum et ſecurum incedentem. Item errabunda et anxia mente afficior, inquietus oberro; quod etiam non incongruens huic loco fuerit. Auctor Etymologici duo huius verbi ἀλύω etyma tradit, quorum vnum eſt hoc, quod ſit ab ἀλᾶ, id eſt, vagor, quod, qui anxii ſunt, vagari ſoleant. Alterum eſt, quod ἀλύω ſit ex λύω, et α priuatiuo, ſitque ἀλύω, quaſi ſolutionem malorum non inuenio, id eſt, rationem nullam inuenio, qua me exſoluam et liberem malis. MOLLVS.

7) Βραδύτερον τῇ Δρύαντος] Tardius, quam Dryas, ſcil. ſolet. Vel tardius Dryantis oues eduxerat, et ſuas dele in verſione. IDEM.

8) Κόρη] N. γυνή. COLVMB.

9) Μηδὲν εἰς] V. Μηδὲν μηδὲ εἰς. P. IDEM.

10) Περιεργαζόμενοι] V. περιεργασάμενοι. P. IDEM.

11) Τὸ πεῖσμα] Πεῖσμα funis nauticus eſt. *Suid.* πείσματα τὰ ἀγκύρια χοινία. παρὰ τὸ πάσσεσθαι δι' αὐτῶν τὴν

moram. Chloe enim, vtpote puella, tardius Dryante, agreſtium prae metu paſtorum, eduxerat oues. Hi cum vidiſſent iuuenem hunc procerum ac formoſum, ipſa rapina ex agris ablata praeſtantiorem, non vltra ſatagentes caprarum, aut aliarum in agris rerum, illum ad nauem plorantem, conſilii inopem, altaque voce Chloen clamantem, deduxerunt. Hi ilico, ſoluto fune, remisque manibus iniectis, in altum prouehuntur. Interea Chloe gregem agebat, nouam fiſtulam allatura Daphnidi. At cum

videuis, comparans. Hic πεῖσμα metaphorice non ſine venere ſumitur.

MOLLVS.

τὴν ναῦν. Πείσματα ſunt anchorales funes, quibus nauium anchorae ligantur, ita dicti, quod per eos nauis nautis pareat. Nam eiuſmodi funibus retinetur, atque eorundem beneficio, veluti gubernatori paret. *Hom.* Απέκοψα πείσματα, *Praecidi retinacula. Ouid.*

Lux erat, et querno ſoluunt a ſtipite funem.

Vocauit etiam retinacula, cum inquit: *Soluunt retinacula. Iulian.* Imper. in Caeſar. Σὺ δὲ αὐτῷ τῶν ἐντολῶν ἔχου πεῖσμα, καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ, ζῶντί τε σαυτῷ παρασκευάζων. Tu vero eius praeceptis obtemperato, illum tibi tutum retinaculum, ſtationemque, dum vi-

12) Τὰς κώπας] Ad remigationem pertinent tranſtra, remi, lora, pelles. Auctor *Pollux* libr. 1. c. 9. Remi perticae ſunt longiores, in latitudinem quandam deſinentes, quibus nauis vel impellitur, vel ſtabilitur. Poetae tonſas appellarunt, quod et *Iſidorus* firmat. Remi a remouendis, et tonſae a tondendis et decutiendis fluctibus. Etiam palmulas dixere. Graeci κώπας ab auctoribus, vt opinatur Doctiſſ. *Schefferus*. Copas enim eas inueniſſe ferunt. Alii tamen deriuant

τῷ Δάφνιδι δῶρον [13]) κομίζουσα. Ἰδοῦσα δὲ τὰς αἶγας τεταραγμένας, καὶ ἀκούσασα τῶν Δάφνιδος ἀεὶ μᾶλλον αὐτὴν [14]) βοώντος, προβάτων μὲν ἀμελεῖ, καὶ τὴν σύριγγα ῥίπτει· δρόμῳ δὲ πρὸς τὸν Δόρκωνα παραγίνεται δεησομένη βοηθεῖν. Ὁ δὲ ἔκειτο πληγαῖς νεανικαῖς συγκεκομμένος ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ ὀλίγον ἐμπνέων [15]) αἵματος πολλοῦ χεομένου. [16]) Ἰδὼν δὲ καὶ τὴν Χλόην καὶ ὀλίγον ἐκ τοῦ πρότερον ἔρωτος ἐμπύρευμα λαβών· [17]) Ἐγὼ μὲν,

uant a κίπτω, ferio, tundo.

IDEM.

[13]) Σύριγγα κατὰ τῷ Δάφνιδι δῶρον] More amantium, qui muneribus amorem procreare conseruareque conantur. Corydon etiam suo Alexidi dono offert fistulam, nec non capreolas, apud *Virg.* Eclog. 1.

Est mihi, disparibus septem compacta cicutis,
Fistula.

Sic Eclog. 3. ait Damoetas missurum munera suae Veneri, videlicet, palumbes, Menalcas mala. *Theocrit.* Εἰδ. 5.

Κἠγὼ μὲν δώσω τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσας.

Et ego mox virgini dabo palumbem.

Ouid. libr. 10. Metamorph.

agens de Pygmalione, et virginis, quam amabat ille, statua, ita canit:

Munera fert illi conchas, teretesque lapillos,
Et paruas volucres, et flores mille colorum.

IDEM.

[14]) Αὐτὴν] N. αὐτῇ.

COLVMB.

[15]) Ὀλίγον ἐμπνέων] Eodem, quo hic significatu, hoc verbum ἐμπνέω sumitur, in *Accestid.* σμικρὸν ἐμπνέουσι ἔτι. *Plat.* in apologia Socratis: ἕως τις ἂν ἐμπνέω, *dum spiritus hos regat artus.* dum anima spirabo mea. lib. 2. de Repub. ἔτι ἐμπνέοντα, καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι. MOLLVS.

[16]) Χεομένου] In quibusdam φερομένου. Sed meliores

videret capras perterritas, audiens Daphnidem semper magis magisque vociferantem, neglectis ouibus, fistulam proiicit, atque ad Dorconem cursu contendit, oratura, vt suppetias ferat. Ille vero grauibus plagis a praedonibus exceptus, aegreque spiritum, manante sanguine, ducens, prostratus iacebat; attamen visa Chloe, scintillaque exigua priori ex amore suscepta, mea Chloe, inquit, ego paulo post supremum explebo diem: nefarii enim me praedo-

nes

nes codd. hoc reiiciunt. BODEN.

N. et V. χειομένα. P. COLVMB.

Forsan: χειομένα. MOLLVS.

17) Εμπύρευμα λαβὼν] Est autem ἐμπύρευμα proprie carbo cineribus obrutus, ad accendendum ignem, quum opus est, relictus. *Suidas* vocat σπέρμα πυρὸς, λείψανον πυρός. (Falso. *Suidas* interpretatur ἔναυσμα, σπέρμα πυρός. *Hesychius* autem λείψανον. Clarius exponit hanc vocem, probante *Kiisflero*, Etymologus: Εμπύρευμα, κυρίως λείψανον πυρὸς ἐναπομεῖναν σποδιᾷ. καταχρηστικῶς καὶ ἐπὶ λειψάνου. BODEN.) Hic metaphorice pro exiguis amoris pristini reliquiis. Pari *Nonnus* metaphora, σπινθῆρα ἐρώτων, amoris scintillam dixit. Hinc flamma, ardor, ignis, incendium, pariter Graecis ac Latinis, amatoria sunt. *Virg.*

Heu furiis incensa feror.
His dictis incensum animum inflammauit amore.

Idem:

— Et caeco carpitur igni.

Ouid.

Interea tacitae serpunt in viscera flammae.

Ioannes Chrysost. γυναῖκα φλέγουσαν λογισμὸν, foeminam vrentem rationem. *Horat.* libr. I. Car. 27.

— Venus
Non erubescendis adurit ignibus.

Ouid. in epist. Parid.

— Quis

μὲν, εἶπε, Χλόη τεθνήξομαι μετ' ὀλίγον· οἱ γάρ με ἀσεβεῖς λῃσαὶ πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενον, κατέκοψαν ὡς βοῦν. Σὺ δέ μοι καὶ Δάφνιν σῶσον,[18] καὶμοὶ

— *Quis namque abſconderet ignem?*
Maximian.
Certe difficile eſt abſconderе pectoris ignes.
Panditur et clauſo ſaepius ore furor.

Sed ſane poetis familiare vſque adeo eſt, ignem pro amore et venerea libidine ponere, vt putidum ſit exemplis id confirmare.

IDEM.

Αγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Non ſane, neque tu ipſe diutius viues, ſed tibi iam
Prope adeſt mors, et fatum violentum.

Hector etiam pari affectus fato ab Achille, diuinat fore, vt Paris ac Phoebus perdant Achillem. Apud *Calabrum.* lib. 6. Machaon percuſſori ſuo Eurypilo fatum praedicit. Polymeſtor apud *Euripidem* in Hecub. praediuinat Caſſandrae, atque Agamemnoni, vtrique infelicem obitum. Cum Eudemus, apud *Curtium*, libr. 3. iuſſu Darii, ad capitale ſupplicium abſtraheretur, vaticinabundus, et ne tum quidem ſuae libertatis oblitus: Habeo, inquit, paratum mortis meae vltorem, experet poenas mei conſilii ſpreti ipſe, contra quem tibi ſuaſi. Tu quidem licentia regni ſubito mutatus, documentum eris poſteris; homines, cum ſe per-

[18] Ἐγὼ τεθνήξομαι μετ' ὀλίγον, et paulo poſt, σοὶ δέ μοι vel σὺ δέ μοι καὶ Δάφνιν σῶσον] Videtur hic Longus Dorconi in vicinia mortis conſtituto vim aliquam vaticinandi aſſignare, poetarum aliorumque exempla ſecutus, qui neſcio quo conſenſu, vaticinia in vitae exitu, moribundis identidem tribuere. Apud *Hom.* Iliad. 16. Patroclus ab Hercule lethaliter percuſſus, et iam moribundus, mortem illi denuntiat.

οὔ θην καὶ αὐτὸς δηρὸν βίῃ ἀλλὰ τοι ἤδη,

nes pro bobus pugnantem, haud secus ac bouem percusserunt. Tibi, mihique Daphnidem seruato: meamque mortem vltum, illosque perditum ito.

permisere fortunae, etiam naturam dediscere. *Isocrates*, orator celeberrimus, nonagesimum iam annum ingressus, cum accepisset Athenienses in Chaeronensi pugna a Philippo Macedonum rege deuictos, quiritando Euripideum versiculum recitauit, ad se ipsum referens:

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών,

Sidonis vrbem Cadmus olim deserens.

Quibus cum adiecisset, fore, vt Graecia in seruitutem redigeretur, e vita decessit. Cuius vaticinii veritatem, rerum euentus comprobauit. Fortassis hac de causa morientibus praedicendi facultas tribuitur, quod animus moribundo corpore iamiam expediendus, sensuum vinculis liberandus, propinquiorque loco suae originis, creditur acutius intelligere, illa quae post hanc vitam sequutura sunt. Hinc *Cic.* libr. 1. de Diuinat. affirmat, animam instante morte multo esse diuiniorem. Vide sis *Spondan.* ad vers. 852. Iliad. π. *Ioan. de la Cerda* ad vers. Virg. 739. Aeneid. 10. Ibidemque loci *Germanum Valentem.* IDEM.

Hic auctor videtur Dorconi animam efflanti vaticinationem adfingere, veterum sequutus opinionem, de qua *Eustathius* in Il. π. COLVMB.

Σὺ δέ μοι καὶ Δάφνιν σῶσον] Vulgatae habebant: Σοὶ δέ μοι καὶ Δ. σ. Sed editionem sequutus omnium primam, quicum Florentinus codex, nec non Vrsinianus, atque, vt videtur ex edit. Paris. vnus vel alter codd. regg. consentiunt, restitui τὸ σὺ, quod vidi etiam *Iungermanno* placuisse, cuius tamen in editione legitur: σοὶ δέ μοι καὶ Δ. σ. Potes vero alio etiam modo huic mederi loco, transponenda par-

καὶμοὶ τιμώρησον, κἀκείνης ἀπόλεσον. Επαίδευ-
p. 24. σα ταὶς βοῦς ἦχῳ σύριγγος ἀκολουθεῖν, [19]) καὶ διώ-
κειν τὸ μέλος αὐτῆς καὶν νέμωνταί μοι [20]) μακράν.
Ἴθι δὴ [21]) λαβοῦσα τὴν σύριγγα ταύτην, ἔμπνευσον
αὐτῇ μέλος ἐκεῖνο, ὃ Δάφνιν ἐγώ ποτε ἐδίδαξά-
μην, σὲ δὲ Δάφνις· τὸ δὲ ἐντεῦθεν τῇ σύριγγι
μελήσει καὶ τῶν βοῶν ταῖς ἐκεῖ. χαρίζομαί δέ
σοι καὶ τὴν [22]) σύριγγα αὐτὴν, ἢ πολλὰς ἐρίζων
καὶ

particula καὶ hunc in modum: Σοὶ δὲ καί μοι Δ. σ. RODEN.

Τὲ μοι forte delendum: nisi potius legendum: σὺ δέ μοι καί, quod placet. IVNGERM.

N. et V. ἴσθι. COLVMB.

[19]) Επαίδευσα τὰς βοῦς ἦχῳ σύριγγος ἀκολουθεῖν] Boues docui fistulae sonum sequi. *Calpurn.* Eclog. 4.

Experior calamos, here, quos mihi doctus Iolas
Donauit, dixitque: truces haec fistula tauros
Conciliat, nostroque sonat dulcissima Fauno.
MOLLVS.

[20]) Νέμωνταί μοι] N. πει. COLVMB.

[21]) Ἴθι δή] Estque ἴθι hoc loco aduerbium hortandi. *Xenoph.* ἴθι δὴ ἐπισκεψώμεθα, agedum igitur considemus. *Plat.* libr. I. de Repub. ἴθι δὴ μετὰ ταῦτα τὸ δὲ σκέψαι, age hoc deinde considera, et perpende. MOLLVS.

[22]) Χαρίζομαι δὲ καὶ τὴν] Leg. χαρίζομαι δὲ καί σοι τὴν σύριγγα. Dono tibi hanc tibiam. Verbum χαρίζομαι, teste *Hesychio*, significat, δράω τὰ κεχαρισμένα, facio, quae sunt grata et accepta. Sed hoc loco significat, dono, largior. Ita etiam apud *Moschum* in Idyll. quod ἔρως δραπέτης inscribitur.

Ην δὲ λέγῃ, λαβὲ ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα
Μήτι θίγῃς, πλάνα δῶρα. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Si

Meas edocui vaccas tibiae ſonum ſequi, cantumque eius conſectari, quantumuis longe paſcentes. Agedum, tute, accepta hac fiſtula, eandem canito cantiunculam, quam egomet aliquando docui Daphnidem, te autem Daphnis. Reliqua curae erunt fiſtulae, et quae ſunt illic, vaccis: dono tibi et fiſtulam illam, qua contendens multos ſuperaui bubulcos ac caprarios. Tu vero pro hisce etiamnum ſuperſtitem oſculo

Si vero dixerit: cape haec, dono tibi haec arma, quaecunque mihi ſunt. Ne quoque attigeris: fallacia dona ſunt, et igne omnia tincta.

Herodian. libr. 3. τῶν ἀναιρεμένων χαριζόμενος τὰς οὐσίας, dans, ſiue largiens facultates occiſorum. *Idem* lib. 1. τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, bona diuitum largiri volebat. Videtur inter paſtores moris fuiſſe, vt fiſtulam ſuam, qua canere ſolent, alicui ex maxime familiaribus, atque amiciſſimis in morte dono darent. Corydon apud *Virg.* ſe a moriente Damoeta fiſtulam accepiſſe iactat.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula, Damoetas dono mihi quam dedit olim.
Et dixit moriens, te nunc habet iſta ſecundum.

Corydon apud *Theocritum* Idyll. 4. dicit, ſibi dono eſſe relictam fiſtulam.

— ἐπεί ποτε πῖσαν ἀφέρπων,
Δῶρον ἐμὶν νιν ἔλειπεν.
Quoniam ad Piſam abiens
Ipſam mihi dono fiſtulam reliquit.

Propterea forſan, quia magno in pretio ſemper atque ſemper fiſtula magiſtris pecorum fuit, quaque prae caeteris maxime rudior illa aetas, vtpote Panis praeſidis ſui inuento, delectabatur. *Hom.* Il. 6.

Οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύο δ' ἅμα ἕσπετο νομῆες,
Τερπόμενοι σύριγξι.
Illi vero cito procedebant, ducque ſimul ſequebantur paſtores,
Oblectantes ſeſe fiſtula.

Ideo *Plato* libr. 13. de Repub.

καὶ βακόλος ἐνίκησα καὶ αἰπόλος· σὺ δὲ ἀντὶ τούτων, καὶ ζῶντα ἔτι φίλησον, καὶ ἀποθανόντα κλαῦσον. Κἂν ἴδῃς ἄλλον νέμοντα τὰς βοῦς, ἐμοῦ μνημόνευσον. Δόρκων μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, καὶ φίλημα φιλήσας [23]) ὕστατον, ἀφῆκεν ἅμα καὶ τῷ φιλήματι καὶ τῇ φωνῇ τὴν ψυχήν. [24])

ΚΕΦΑΛ ιέ.

Ἡ δὲ Χλόη λαβοῦσα τὴν σύριγγα, καὶ ἐνθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἐσύριζε μέγιστον ὡς ἐδύνατο· καὶ αἱ βόες ἀκούσασι,[1]) καὶ τὸ μέλος γνωρίζουσι, καὶ ὁρμῇ μιᾷ μυκησάμεναι, πηδῶσιν εἰς τὴν θάλατταν. Βιαίου δὲ πηδήματος εἰς ἕνα τοῖχον τῆς νεὼς γενομένου, καὶ ἐκ τῆς ἐμπτώσεως τῶν βοῶν κοίλης τῆς θαλάττης διαπ-

pub. lyram et citharam adſignat vrbibus: κατ' ἀγροὺς τοῖς νομεῦσι σύριγγα, hoc eſt, paſtoribus in agris fiſtulam. *Sophocl.* in Philoctet.

Οὐ μολπὰς σύριγγος ἔχων,
Ὡς ποιμὴν ἀγρεύτας.
Non fiſtula canens,
Velut paſtor agreſtis.

MOLLVS.

Ex Vrſiniano codice inſerui τὸ σοι, quod in editionibus deſideratur.

BODEN.

V. Δί σοι καὶ. P.

COLVMB.

[23]) Φίλημα φιλήσας] Haec loquendi ratio Atticis oppido quam familiaris eſt. *Lucian.* ὁ ἀττικώτατος, de his, qui 'merced. conduct. εἶτα δειπνῶν δεῖπνα θορυβώδη, praeterea tumultuoſa conuiuia agitans. Et ibidem paulo poſt: Τίνα ἄλλον ὁ μάταιος ἐμαυτῷ βιώτομαι βίον; quam tandem aliam mihi demens vitam viuam? *Hom.* μάχην ἐμάχοντο. *Apoll.* lib. 4. δῆριν ἐρίσαντο. *Herod.* καμάτῳ κάμνειν. Id imitati Latini, dicunt: pugnare pugnam,

osculo dignare, mortuumque deplora. Et vbi videris alium pascentem boues, mei memento. Hisce dictis, Dorconem, nouissimoque fixo osculo, vna cum voce ac osculo, vita destituit.

CAPVT XV.

Accepta fistula, Chloe, labiisque eadem admota, quanta posset, voce maxima canebat. Extemplo boues audiunt, cantum agnoscunt, mugituque edito, vno eodemque impetu in mare desiliunt. At violentiori ad alterum nauis latus saltu facto, lapsuque eo cauo diducto mari, nauis euer-

pugnam, viuere vitam.
MOLLVS.

24) Ἀφῆκεν ἅμα τὴν ψυχήν] Quod *Matth.* c. 27. §. 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα dixit, emisit animam. *Hom.* Il. χ. vers. 467.

— ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.
Et animam exspirauit.
IDEM.

1) Αἱ βόες ἀκέυσι] Fuit in edit. *Molli* αἱ ἀκέυσι, omisso vocabulo βόες, quod in plerisque reperi, atque ipse Mollus in notis desiderauit.
BODEN.

Lege: καὶ αἱ βόες ἀκέυσι.
MOLLVS.

Ne quis fidem talibus abroget, inueniet apud *Aelianum* L. VIII. περὶ ζω. c. 19. parem et geminam prorsus historiam de porcis, qui pariter suos raptores cum naui dedere pessum. Eam et *Plin.* VIII, c. 51. breuiter sic refert: *Compertum agnita voce suarii furto abactos merso nauigio inclinatione lateris vnius remeasse.*
IVNGERM.

2) Καὶ

διαστάσης, στρέφεται μὲν ἡ ναῦς, [2]) καὶ τῶ κλύδωνος συνιόντος, ἀπόλλυται. Οἱ δὲ ἐκπίπτουσιν, οὐχ ὁμοίαν ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας. Οἱ μὲν γὰρ λῃσαὶ τὰς μαχαίρας παρήρτηντο, [3]) καὶ τὰ ἡμιθωράκια λεπιδωτὰ [4]) ἐνεδέδυντο, καὶ κνημίδας [5]) εἰς μέσην κνήμην ὑπεδέδεντο. Ο δὲ Δάφνις, ἀνυπόδητος ὡς ἐν πεδίῳ νέμων, καὶ ἡμίγυμνος, ὡς ἔτι τῆς ὥρας ἔσης καύμα-

p. 25.

[2]) Καὶ ἐκ τῆς ἐμπτώσεως — ὁ ναῦς] Melius cum *Iungermano* reddas: Exque casu boum profundo mari dehiscente, nauis vertitur. BODEN.

[3]) Οἱ μὲν γὰρ λῃσαὶ τὰς μαχαίρας παρήρτηντο] Ita *Lucian.* in Hercul. καὶ τὸν γαιτὸν παρηρτημένας, et pharetram suspensam ab humeris habet. MOLLVS.

[4]) Λεπιδωτὰ] Hae loricae ea propter squameae, siue hamatae sunt dictae, quia squamis et laminis constabant; dicebantur quoque φολιδωτὰ, a squamis piscium, vel serpentum. Atque eiuscemodi loricae honestiorum virorum gestamen erant. Iungebantur catenis squamae istae, quas etiam plumas vocabant Romani, vnde et lorica plumata dicta, cuius meminit *Maro* libr. 11. Aeneid.

— *Quam pellis ahenis*
In plumas squammis auro conserta tegebat.

Plumarium hoc opus attingit *Saluſtius*, cuius haec verba: Equis paria operimenta erant, quae lintea in modum plumae ferreis laminis adnexuerant. Hoc opus plumarium antiquis erat cognitum, laudatum, quodque in armatura ipsa imitabantur, a multiplici liciorum varietate πολύμιτον dictum. Sunt qui versum *Hom.* 384. Il. τ. de plumario hoc opere capiunt, intellectumque volunt. Quod tamen secus est; quippe eo loco poeta Achillem inducit recentia a Vulcano fabrefacta explorantem arma,

euertitur, fluctibusque coeuntibus, perditur. Elabuntur vectores, non tamen eandem spem salutis habentes. Quippe praedones gladiis accincti, atque dimidiatis squamosisque thoracibus induti, necnon ocreati ad media vsque crura erant. Daphnis autem, tanquam in solo pascens, discalceatus, insuper seminudus, vtpote illa anni tempestate

ma, an sibi bene, apteque conuenirent. Quae ita affabre corpori Achillis quadrasse ait, vt plumae pennaeque decent aues. *Plut.* in vita Luculli eiuscemodi thoracis mentionem facit, quem hic noster λεπιδωτὸν appellat, ille φολιδωτόν: Θώρακα μὲν ἔχων ἀποστίλβοντα σιδηροῦν φολιδωτόν, habens thoracem ferreum squamis refulgentem. Hunc innuit *Silius* libr. 5.

Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos
Ferro squama rudi permisto que asperat auro.

Item *Virg.* lib. 11. Aeneid.

Cingitur ipse ferens certatim in praelia Turnus,
Iamque adeo Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro.

IDEM.

Notes hanc vocem ad emendandum *Symmachum* in Hexaplorum reliquiis 1. *Sam.* XVII. Quam enim Goliathi loricam *Aquila* recte φολιδωτὸν vocat, *Symmachus* inscite ἀσπιδωτὸν dixisse creditur ab ipso *Montefalconio.* Sed recte emendauit ex hoc ipso loco λεπιδωτὸν *Io. Fr. Fischer* in prolus. de versionibus graecis V. T. litterarum hebr. magistris, sub finem.

BODEN.

5) Καὶ κνημίδας] Κνημὶς a κνήμη, tibia: est itaque tibiale, ocrea, tegumentum tibiae. Auctor numero multitudinis ex more veteri vtitur: quemadmodum *Maro* libr. 8. Aeneid. *Tum lacues ocreas.* Apud seculum prius vtrumque muniebant crus ocreis. At medio

καύματος.6) Ἐκεῖνος μὲν ἓν ἐπ᾽ ὀλίγον νηξαμένης τὰ ὅπλα κατήνεγκεν εἰς βυθόν· ὁ δὲ Δάφνις τὴν μὲν ἐσθῆτα ῥᾳδίως ἀπεδύετο, περὶ δὲ τὴν νῆξιν ἔκαμνεν, οἷα πρότερον νηχόμενος ἐν ποταμοῖς μόνοις, ὕστερον δὲ παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθεὶς7) εἰς μέσας ὥρμησε τὰς βῆς· καὶ δύο βοῶν κεράτων 8) ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος, ἐκομίζετο μέσος ἀλύπως καὶ ἀπόνως, ὥσπερ ἐλαύνων ἅμαξαν. Νήχεται δὲ ἄρα βῆς, ὅσον οὐδὲ ἄνθρωπος· μόνον λείπεται τῶν ἐνύδρων ὀρνίθων, καὶ αὐτῶν ἰχθύων. οὐδ᾽ ἂν ἀπόλοιτο βῆς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν. διάβροχοι γενόμενοι. Μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ μέχρι νῦν πολλοὶ τόποι τῆς θαλάσσης βοὸς πόροι 9) λεγόμενοι.

ΚΕΦΑΛ.

dio quodam aeuo immutatus mos ille fuit, ita, vt alii populi finiſtrum modo crus armarent, ii videlicet, qui iaculis pugnabant. Ex mente *Vegetii* funditores finiſtrum crus ferro tectum habuere, legionarii contra, dextrum, addita cauſa; quia in proelio cominus dextros pedes inanes milites habere debeant: at, cum miſſilibus certatur, finiſtros. Hique milites *Herodoto* dicuntur κνημιδοφόροι.

MOLLVS.

6) Καύματος] In edit. Pariſ. καυματώδης pro variet. lect. BODEN.

7) Παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθείς. Quod faciendum reſtabat, a neceſſitate edoctus. Pheraulas apud *Xenophont.* lib. 2. Hiſtor. ἐ γάρ ἐσι διδάσκαλος τούτων ἄμεινον τῆς ἀνάγκης, ἣ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβῶς ταῦτα ἐδίδαξε. Nullus enim magiſter in his potior eſt neceſſitate, quae nos haec vt admodum accurate diſceremus, docuit. *Archytas* cum Eratoſthenis Mercurium

ſtate adhuc aeſtu flagrante erat. Reliquos igitur, paululum cum nataſſent, arma in profundum demerſere. Daphnis quidem ſuam facile exuebat veſtem, at natando defatigabatur, vtpote qui ante ſolis in fluminibus natare conſueuerat: verum deinceps, quod facto opus, ab ipſa edoctus neceſſitate, medias in boues ruit, et vtraque manu duarum cornibus boum apprehenſis, medius ſine vlla moleſtia atque negotio, inſtar currum agitantis, ferebatur. Longius ſane bos natat homine, cedens duntaxat auibus aquaticis, ipſisque piſcibus. Neque facile bos natando perierit, niſi vngulae aquis maceratae deciderint. Multi maris loci, ad hanc vſque aetatem bouis traiectus nuncupati, meis dictis teſtimonium perhibent. CAPVT

rium legiſſet, hunc verſum protulit:

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' ἐ
Χρειὼ κεν ἀνεύροι;

Neceſſitas omnia docuit. Quid enim illa non inueniret? MOLLVS.

De hoc vide *Plutarchum* libro: quod etiam mulier erudienda ſit, addito illo *Suidae*: Χρειὼ διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν.

BODEN.

8) Δύο βοῶν κεράτων] In vulgatis δύο βοῶν δύο κεράτων. Sed poſterius auctoribus codd. expunxi. IDEM.

Lege: δύο βοῶν κεράτων. MOLLVS.

V. βοῶν κεράτων. P. COLVMB.

9) Βοὸς πόροι λεγόμενοι] Βοὸς πόρος, vnica dictione βόσπορος, quaſi dicas: Bouis traiectus, appellatur. Duo ſunt huius nominis freta, quorum alterum Boſporus Thracius, alterum Cimmericus nominatur. Ideo hi loci Boſpori ſunt dicti, vt ſcribit *Ammian. Marcell.* libr. 22. quod per eos quondam Inachi filia, mutata (vt poetae fabulan-

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

p. 26. Ἐκσώζεται μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Δάφνις, δύο κινδύνοις παρ' ἐλπίδα πᾶσαν διαφυγών, ληστηρίῳ καὶ ναυαγίῳ. Ἐξελθὼν δὲ καὶ τὴν Χλόην ἐπὶ τῆς γῆς γελῶσαν ἅμα καὶ δακρύουσαν εὑρών, ἐμπίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις, καὶ ἐπυνθάνετο, τί βουλομένη συρίσειεν. Ἡ δὲ αὐτῷ διηγεῖται πάντα· τὸν δρόμον τὸν ἐπὶ τὸν Δόρκωνα· τὸ παίδευμα τῶν βοῶν· πῶς κελευσθεὶη συρίσαι· καὶ ὅτι τέθνηκε Δόρκων, μόνον αἰδεσθεῖσα τὸ φίλημα οὐκ εἶπεν. Ἔδοξε δὴ τιμῆσαι τὸν εὐεργέτην·[1]) καὶ ἐλθόντες μετὰ

tur) in bouem, ad mare Ionium permeauit. *Scholiast. Apoll.* lib. 2. num. 8. δύο εἰσὶ βόσποροι, κιμμέριος καὶ θρᾴκιος, ὁ πάλαι Μύσιος καλούμενος, etc. Vid. *Strab.* libr. 12. Hoc idem *Aeschylus* in Promerth. indicat.

Ἐσῃ δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δὲ ἐπώνυμος κικλήσεται·
Vnde erit hominibus fama semper ingens de tua traiectione:
Nam Bosporus cognomine vocabitur.

Ioannes Tzetzes Hist. chil. 1. n. 832.

Δύο δ' εἰσὶν οἱ βόσποροι, καὶ μάθε τίνες ἔστι.
Ὁ σκύθης ὁ κιμμέριος, ὃν ἡ μαιῶτις λίμνη
Τῇ ποντικῇ μίγνυται θαλάσσῃ τῷ εὐξείνῳ,
Ὁ παρ' ἡμῖν τε θρᾴκιος, ὁ καὶ ἑλλησποντίας.
Duo autem sunt Bospori, et disce, quinam hi:
Scythiae Cimmerius, per quem Maeotis palus
Pontico commiscetur pelago Euxini:
Qui et apud nos Thracius, et Hellespontias.

Vide sis *Dionysii* descriptionem orbis versu 140 et sequentibus.

MOLLVS.

Etymol. M. βόσπορος οἱονεὶ βοὸς πόρος. Ὠνόμασαν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς τῆς θυγατρὸς Κάδμου. (Vbi, pro Κάδμου, Ἰνάχου fortasse legendum: nisi

CAPVT XVI.

Hunc in modum Daphnis, geminis periculis, scilicet latrocinii et naufragii, omnem praeter spem, defunctus, inque terram egressus, Chloen inuenit ridentem simul et flentem; in cuius sinu reclinatus, quidnam sibi voluisset cantus ille, quaerebat. Ad haec illa omnia illi ordine enarrat: nimirum cursum suum ad Dorconem institutum; et quicquid edoctae essent boues; quomodo ipsa iussa tibia canere; et quo pacto Dorco vitam cum morte commutauerit; osculum solum prae pudore

nisi aliter ab aliis fabula narrata sit. Nam etiam in Phauorini dictionario est Ζυγατρὸς Κάδμε.) Idem fere ait *Stephanus* de vrbibus. Quam fabulam tetigit *Dionysius* de situ orbis, cum cecinit:

Τῇ δ' ἐπὶ Θρηικίῃ στόμα βοσπόρου, ὃν πάρος Ἰὼ
Ἥρης ἐννεσίῃσιν ἐνήξατο πόρτις ἐοῦσα caet.

Et *Flaccus* in IV. Argon.

— — *rursusque capessunt*
Aequora, qua rigidos eructat bosporus amnes.
Illos, Nile, tuos nondum dea gentibus Io
Transierat fluctus, vnde haec data nomina Ponto.

Ad hanc etymologiam respexit *Plinius* H. N. VI, 1. cum inquit ad bosporos duos, vel bobus meabili transitu. Traditur et alia huius etymi caussa, quemadmodum videre licet in *Etymologico* et apud *Eustath.* in praecitatum Dionysii locum. COLVMB.

1) Ἔδοξε δὴ τιμῆσαι τὴν εὑρέτιν] Honor sepulturae semper, et vbique gentium in prerio fuit. *Virg.* Aeneid. 10.

— *Inhumataque corpora terrae*
Mandemus, qui solus honos
Acheronte sub imo est.

Hom. Iliad. π. mentionem

μετὰ τῶν προσηκόντων,[2]) Δόρκωνα θάπτεσι τὸν ἄθλιον.[3]) γῆν μὲν ἓν πολλὴν ἐπέθεσαν,[4]) φυτὰ δὲ

nem faciens defunctorum sepulturae, ita canit:

Ενθα ἑ ταρχύσεσι κασίγνητοί τε ἕταιτε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ibi ipsum sepelient fratres, cineresque
Monumento et columna; Hic enim honor est mortuorum.

Liban. Declamat. 15. ἐκοσμήσατε τὲς ἐν τῇ μάχῃ καλῶς ἀποθανόντας, qui praeclare in bello occubuerunt, decorauistis. *Soph.* In Electr. de honore mortuorum loquens, dicit esse καλὸν, hoc est, honestum, pulchrum. Alibi sepultum ἔντιμον vocat honoratum; vtpote sepultum. Et in *Antigone* loquens de Creonte sepelente Eteoclem, ait: τὸν μὲν προτίσας, hunc quidem honorans: ac de eodem sepelire Polynicen recusante, dixit: τὸν ἀτιμάσας, hunc autem dehonestans. Ibidem Antigone dicitur τάφον κοσμῆσα, cum sepulchrum adornasset.

MOLLVS.

In primis habita ratio meritorum in decernendo honore sepulturae, quod factum in Valerio Publicola, vti constat ex *Plutarcho* in vita: Ο δὲ δημὸς ὥσπερ ὀφλὴν εἰς ζῶντα τῶν ἀξίων πεποιηκὼς, ἀλλὰ πᾶταν ὀφείλων χάριν, ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα, καὶ τεταρτημόριον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν. Sic propter merita Menenius Agrippa, qui inter patres et plebem publicae gratiae sequester fuit, aere collato funeratus est. *Seneca* ad Alb. c. 10. Et idem grati populi specimen in Q. Fabio Maximo enituit. Val. Max. L. V. c. 2.

BODEN.

[2]) Καὶ ἐλθόντες μετὰ τῶν προσηκόντων] Semper more receptum fuit, vt propinqui ad sepulturam exequiasque defuncti conueniant. *Aristotel.* Eth. 9. c. 2, καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τὲς συγγενεῖς ἀπαντᾶν, atque existimant, cognatos maxime funeribus et parentali-

bus

alto inuoluens silentio. Decreuit igitur honore aliquo tam bene de ipsis meritum afficere. Dehinc

 con-

bus intereſſe oportere. *Lucian.* περὶ πένθους. De luctu: καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τὰς γονέας παραμυθῶνται, τελευτηκότος, adsunt necessarii, qui parentes defuncti consolantur.

MOLLVS.

3) Θάπτουσι τὸν ἄθλιον] Atque eo modo Daphnis atque Chloe vna cum reliquis suprema officia celebrant, iustis Dorconis corpori solutis. *Lactant.* libr. 6. c. 12. Non patiemur figuram Dei iacere feris in praedam, sed reddamus id terrae, et quamuis in homine ignoto, necessarium munus implebimus. *Pausan.* libr. 1. Attic. πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι, pium omnino est, mortuum mandare terrae. Imo adeo receptus, et veluti necessarius mos sepeliendi fuit, vt cadauera quamuis ignota in viis reperta mandarentur sepulturae. *Quinctil.* declamat. 5. Ignotis cadaueribus humum congerimus. *Aelianus* var. histor. libr. 5. cap. 14. Νόμος γὰρ ἔτος ἀττικὸς, ὃ ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. Lex attica fuit, vt qui in cadauer insepultum hominis incideret, saltem ei terram iniiceret. Imo execrabilis habebatur, hoc qui neglexisset humanitatis officium. Quare Scholiastes *Sophoclis* ait: οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν, qui mortuum cernerent insepultum, neque puluerem super iniicerent, videbantur esse execrabiles. Quamobrem qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura voluerunt. Multa de hoc P. *Faber* semestr. libr. 2. cap. 1. Adde caput 1. *Tobiae.*

IDEM.

4) Γῆν μὲν οὖν πολλὴν ἐπέθεσαν] Multum igitur terrae iniecere. Quippe quo maius sepulchrum, eo honestius. Il. ψ. iubet Achilles Patroclo suo sepulchrum latum

δὲ ἥμερα πολλὰ ἐφύτευσαν,5) καὶ ἐξήρτησαν αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχάς.6) ἀλλὰ καὶ γάλα κατέ-

latum altumque conſtrui. *S. Hieronymus* in vita Pauli de ſepulchris diuitum agens, operoſa ſaxis illorum ſepulchra eſſe ait. Haec iniectio terrae variis formis ſolet apud antiquos exprimi. *Theocriti* interpres, ἐπιχέειν γῆν dixit. *Aelian.* ἐπιβάλλειν γῆν. *Scholiaſtes Sophocl.* ἐπαμᾶσθαι κόνιν *Hom.* abſolute. Ipſe *Sophocl.* κόμην παλύνας. *Phocyl.* γαῖαν ἐπιμέρασθαι ἀταφίαις νεκύεσσι, hoc eſt, ἀτάφοις, terram impertire inſepultis mortuis. *Nonnus* περιχύσαι κονίην. Latini, iniicere, congerere humum, nonnulli ſimpliciter iacere dixerunt. Noſtro videtur hic accipi, atque intelligi τὸ χῶμα, h. e. tumulus, ſeu terrae egeſtae cauitas, in qua defunctus deponitur, quaeque recepto corpore, operitur aggeſta humo, quae effoſſa fuerat: ita tamen, vt altior fiat, inque molem quamdam adſurgat. Hoc *Plato* intelligit libr. 11. de legib. χῶμα δὲ μὴ χαννῦναι ὑψηλότερον ἢ πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πέντε ἡμέραις ἀποτελούμενον. Quod *Cic.* de leg. libr. 2. vertit: extrui autem vetat ſepulchrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque abſoluerint. *Homerus* alio loco σῆμα χεῦαι, alio τύμβον χεῦαι, h. e. χῶμα χῶσαι, ſepulchrum ſtruere, humo foſſione egeſta, et iterum in tumulum aggeſta. Vnde latinis aggeſtus. *Quint.* Ignotis cadaueribus humum congerimus, et inſepultum quodlibet corpus, nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, vt non quantulocunque veneretur aggeſtu.

IDEM.

5) Φυτὰ δὲ ἥμερα πολλὰ ἐφύτευσαν] Plantas quam plurimas ſatiuas plantarunt. Solent veteres ſepulchra ornare floribus, ſertisque, quod ruri etiam factum a noſtratibus memini. Huc *Maro* alludit.

— *Manibus date lilia plenis,*
Pur-

congregati vna cum propinquis, miſellum Dorconem ſepulturae mandant, plurimumque terrae inge-

 rentes,

Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

Epigramm. lib. 3.

Βάλλ᾽ ὑπὲρ τύμβα πολιὰ κρινὰ,
Conſpergite tymbum liliis candidis.

Antoninus apud *Herodian.* libr. 4. ornat ſepulchrum Achill. στεφάνοις τε, καὶ ἄνθεσι, coronis et floribus. Tangit ritum hunc *Pindarus* od. 4. Nem.

Οὕνεκ᾽ Ἀμφιτρύωνος ἀγαὸν παρὰ τύμβον,
Καδμεῖοί νιν ἑκ ἀέκοντες
ἄνθεσι μίγνυον.
Quandoquidem Amphitryonis
Celebrem apud tumulum
Cadmei illum haud inuiti
Floribus ornabant.

Theſſali apud *Philoſtratum* in heroicis dabant ſepulchro Achillis στεφάνους ἀμαραντίνους, coronas amaranthi, quod factum videtur ad indicandam mortalis vitae fragilitatem. IDEM.

Non ſolum fuit mos ſpargere flores in ſepulcra, vt *Mollus* rem ſatis decantatam probare ſtudet, ſed etiam plantare flores in terra tumulo aggeſta, de quo hic videtur eſſe ſermo, in vicinia etiam ſerere arbores, vt flores vernas Elyſii delicias ſignificarent, arbores vero ſanctitatis opinionem, vt in lucis, ſepulcris conciliarent creſcentesque obumbrarent locum. *Martialis* de *Alcimo* ſepulto:

Accipe, non Pharios mutantia marmora ſaxo,
Quae cineri vanus dat ruitura labor.
Sed fragiles buxos et opacas palmitis vmbras,
Quaeque virent lacrymis humida prata meis.

Lib. III. ep. 89. et *Propert.* II, 10, 33.

Sit in exiguo laurus ſuperaddita buſto,
Quae legat extincti funeris vmbra locum.

Iuuenalis item VII, 207.

Di

κατέσπεισαν,7) καὶ βότρυας κατέθλιψαν,8) καὶ σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν. 9) Ηκούσθη καὶ τῶν

Di maiorum umbris tenuem et sine pondere terram,
Spirantesque crocos et in urna perpetuum ver.

coll. *Persio* I, 39.

Nunc non e tumulo fortunataque fauilla
Nascentur violae.

Hinc *Lancelotus* locum recte expressit: *Et planterent autour de sa fosse plusieurs arbres.*

BODEN.

6) Απαρχὴν] Lege ἀπαρχὰς· ἐξέρτησαν αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχὰς, primitias laborum illi suspenderunt, dicarunt. Ex more, quo sepulchris imponebantur, aut iuxta figebantur ea, quae defunctis in vita cara fuerant, aut quibus frequenter vti consueuere. *Hom.* Odyss. μ,

Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἐϋξέος ἐρετμοῦ,

Fiximus in summo sepulcro bene fabrefactum remum, Virg.

At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remumque tubamque.

Loquitur de sacris Miseno factis. Nisi quis contendat, hic pro ἐξέρτησαν, legendum, ἀπήρξαντο αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχὴν, libamentum illi frugum fecerunt. Quippe ἔργα in plurali saepe idem significat, quod *Virgilius* dixit, *hominumque boumque labores*, βοῶν καὶ ἀνδρῶν ἔργα. *Philo* metaphorice de vita Mosis lib. 3. Ψυχικῆ κάλλους ἀπαρχὴν πρεπωδεστάτην ἀπήρξαντο, hic ἀπαρχὴ exponitur libamentum.

MOLLVS.

Απαρχὰς praeter *Columbanium* et *Vrsinum* etiam *Iungermanus* legendum esse suadet, sed optime exhaurit locum Gallus: *y pendirent chacun quelque chose de leur mêtier.* Spectat enim *Longus* munera, quae fusius commemorat *Kirchmannus* de funeribus L. III. c. 5. BODEN.

7) Καὶ γάλα κατέσπεισαν] Quin et lac libarunt. Lac etiam

rentes, multas ſatiuas plantare plantas, primitiasque laborum ipſi dicarunt. Quin et lacte buſtum perfude-

 runt,

etiam mortuis offerri moris erat. *Sophocl.* in Elect. Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον, πατρὸς ἀρχαῖον τάφον ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους πηγὰς γάλακτος, poſtquam veni ad antiquum ſepulchrum patris, video alto ex iugo fuſos nuper fontes lactis. Apud *Euripidem*, vbi Helena inter alia ait ad Electram:

Μελίκρατ' ἄφες γάλακτος, οἰ-
νωπὸν τ' ἄχνην,

Demitte ibi mel cum lacte miſtum et vini ſpumam: καὶ σῶσ' ἐπὶ ἄκρᾳ χώματος, λέξον τάδε· Ἑλένη σ' ἀδελφὴ ταῖς δὲ δωρεῖται χοαῖς, *et ſtans ſummo in tumulo, dices ita: Helena ſoror te donat his inferiis. Sen.* in Oedip. lactis liquorem fundit, et Bacchum manu. Imo qui attente Graecos poetas legerit, inueniet is, ſex praecipuas res contineri inferiarum nomine: videlicet, aquam, mel, lac, vinum, ſanguinem, comam. At noſter meminit tantum lactis, atque vini. Apud *Heliodorum* libr. 6. In defuncti ſacris, lac in foſſam infunditur, vt et apud *Philoſtratum* in heroicis γάλα ἐγχέας dicitur. *Maro* in ſacris factis Polydoro III, 66.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

Haec ſuperſtitioſa credulaque fecit antiquitas, quod putaret, manes iis libationibus ali. *Lucian.* de luctu: τρέφοντας δὲ ἄρα τῶν ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων. Alúntur autem noſtris libationibus inferiisque, quae ſepulchris inferuntur. MOLLVS.

8.) Βότρυας κατέθλιψαν] Vuas preſſerunt. Etiam ex more veterum, qui merum fundebant in defunctorum gratiam, quique ſaepe vino recens expreſſo, et plane muſteo faciebant. Quippe *Thucyd.* 3. in re mortuorum, ait offerri ἀπαρχὰς, h. e. primitias. *Maro* de Aenea, genitori ſuo inferias fundente libanteque, ait:

Hic

τῶν βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα,[10]) καὶ δρόμοι τινὲς ὤφθησαν ἅμα τοῖς μυκήμασιν ἄτακτοι, καὶ ὡς ἐν ποιμέσιν εἰκάζετο καὶ αἰπόλοις ταῦτα, θρῆνος

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho,
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,
Purpureosque iacit flores.

Hunc ritum falsè ridet *Lucianus*, sub personâ filii defuncti ad parentes verba facientis, eosque obiurgantis: Τί δὲ ὁ ὑπὲρ τῦ τάφυ λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε κατασάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μίγνυσι τῦ ᾅδυ διῆθαι; Quidne saxum coronis ornatum sepulchro imponitur? aut quid valet, quod merum infunditis? Num putatis, illud ad nos destillaturum? Vide plura apud *Lucian.* de luctu.

In verbis κατέσπεισαι, κατέβλιψαν, κατέκλασαν est epistrophe, quae numerus est, quo similis sonus in clausulis iteratur. *Cic.* pro Pomp. vt eius voluntatibus non modo ciues assenserint, socii obtemperauerint, hostes obedierint: sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. IDEM.

9) Σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν] Alludit ritum, quo defunctorum absumi alias rogo solent, quae singulis essent carissima. Firmat hoc ipsum *Hom.* Odyss. μ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρὸς τ' ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκρῦ.
Sed postquam mortuus combustus, et arma defuncti essent.

Aelian. var. Hist. libr. 7. c. 8. ὅτι ἡφαιστίων ἀπέθανεν, Αλέξανδρος ὅπλα αὐτῷ εἰς τὴν πύραν ἀνέβαλε, cum diem obiisset Hephaestion, Alexander arma in pyram coniecit. Eadem haecce consuetudine etiamnum teneri Barbaros in India occidentali nequedum domitos, ab oculatis testibus accepimus. IDEM.

10) Ηκούθη καὶ βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα etc.] Auditi sunt et miserabiles boum mugitus. Daphnin apud *Maronem* tam mites, quam immites

runt, vuas preſſerunt, tibiasque multas fregerunt. Miſerabiles ſunt et auditi mugitus, viſique vna cum mugitibus curſus quidam inconditi. Atque haec ipſa, vt opilio-

mites deflebant beſtiae, Ecl. 5.

Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Moſchus in epitaphio Bionis Idyll. 3. n. 23.

Ορεα δ' ἐϛὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις
Πλαζόμεναι γεάοντι, καὶ ἐκ ἐθέλοντι νέμεϑαι.

Montes vero ſunt muti, et vaccae, quae apud tauros
Vagantur, plorant, et non volunt paſci.

Similiter:

Πολλαὶ οἱ παρὰ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι.
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι, καὶ πέρτιες ὠδύραντο.

Multi ei ad pedes boues, multi vero etiam tauri,
Multa etiam iuuencae, et vitulae luxerunt.

Eodem modo apud *Virg.* Eclog. 10. dicuntur ob Galli mortem pabulo abſtinuiſſe pecudes, flentesque circumſtetiſſe illum.

Stant et oues circum, noſtri nec poenitet illas.

Sueton. in vita I. Caeſaris: Proximis diebus equorum greges, quos in traiiciendo Rubicone flumine conſecrarat, ac vagos et ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſſime pabulo abſtinere, vbertimque flere.

IDEM.

Ad eundem morem eleganter cecinit *Nemeſianus* Eclog. I, 65 ſeqq.

Felix o Meliboee vale: tibi frondis odore
Munera dat, lauros carpens, ruralis Apollo.
Dant Fauni, quod quisque valet, de vite racemos,
De campo culmos, omnique ex arbore fruges,
Dat grandaeua Pales ſpumantia cymbia lactis,
Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas.
Manibus hic ſupremus honos: dant carmina Muſae,

Car-

p. 27. θρῆνος [11]) ἦν τῶν βοῶν ἐπὶ βυκόλῳ τετελευτηκότι. Μετὰ τὴν [12]) τοῦ Δόρκωνος τάφον, λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη [13]) πρὸς τὰς νύμφας ἀγαγοῦσα, εἰς τὸ ἄντρον εἰσαγαγοῦσα. καὶ αὐτὴ τότε πρῶτον, Δάφνιδος ὀρῶντες, ἐλούσατο τὸ σῶμα, λευκὸν, καὶ καθαρὸν ὑπὸ κάλλους, καὶ ἐδὲ λατρῶν ἐς κάλλος δεόμενον· καὶ ἄνθη τε συλλέξαντες, ὅσα ἄνθη τῆς ὥρας ἐκείνης, ἐστεφάνωσαν τὰ ἀγάλματα, [14]) καὶ τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα, τῆς πέτρας ἐξήρτησαν ἀνάθημα. [15])

ΚΕΦΑΛ.

Carmina dant Musae: nos te modulamur auena.
Siluestris nunc te platanus, Meliboee, susurrat,
Te pinus reboat, te, quidquid carminis Echo,
Respondent siluae, te nostra armenta loquuntur.
BODEN.

[11]) Ταῦτα θρῆνος] Omnino distingui putaui: ἀπόλεις ταῦτα, θρῆνος.
IVNGERM.

[12]) Μετὰ τὸν] V. Μετὰ δὲ τὸν. P. COLVMB.

[13]) Λάει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη] Et hoc ex ritu, priscaque veterum religione: quippe polluti habebantur, quicunque exequiis interfuerant, proinde purgandi abluendique aqua. *Virg.* libr. 6. Aeneid.

Item ter socios (intelli-
ge, qui funeri aderant) *pu-*
ra circuntulit vnda (h. e.
purgauit vnda)
Spargens rore leui et ramo
felicis oliuae,
Lustrauitque viros, dixit-
que nouissima verba.

Quem ritum *Naso* tangit libr. 4. Metamorph. vbi Iuno, quae inferos adierat, lustratur ab Iride, priusquam coelum repetat.

Laeta redit Iuno, quam coe-
lum intrare parantem,
Roratis lustrauit aquis
Thaumantias Iris.

Scholiastes *Aristoph.* in Nub. ἔθος ἦν μετὰ τὴν ἐκκομιδὴν τῶ νεκρῶ λοῦσθαι τὰς κατ' οἶκον, καθαρμοῦ χάριν, moris fuit post elationem cadaueris, fami-

opiliones caprariique coniectabant, lamentatio bovum erant, defunctum suum bubulcum lugentium. Post Dorconis has exequias abluit Daphnidem Chloe ad Nymphas in antrum adductum. Quo tempore et illa, aspiciente Daphnide, suum lauit corpus, candidum et prae pulchritudine purum, neque lauacro opus ad venerem conciliandam habens. Hinc collectis, pro anni tempestate, floribus, Nympharum coronant signa, Dorconisque fistulam, de petra consecratam suspendunt.

CAPVT

familiares lauari, purgationis gratia. *Poll.* libr. 8. καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιῤῥαινόμενοι, qui ad aedes lugentis peruenerant, cum inde exibant, purgabantur, aqua circumsperso. MOLLVS.

14) Ἐστεφάνωσαν ἀγάλματα] Veteres coronabant statuas Deorum, aut qui in Deorum numerum relati erant. *Lucian.* in Scyth. de Toxari Deorum numero ascripto ab Athenienſibus, verba faciens, ait: πλὴν ἀλλ' ἔστεπταί γε ἀεὶ, verum semper coronatus est. IDEM.

15) Καὶ τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα, τῆς πέτρας ἐξήρτησαν ἀνάθημα] Id est, ἀνέθεσαν. Sunt enim, vt illud hic obiter dicam, haec verba ἀναθέναι, et ἐξαρτᾶν, sacrorum. *Aristoph.* καὶ ταῦτα ἀναθέσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεὸν, et venio, vt haec Deo suspendam, consecrem; quo loco ἀναθέσων idem est, quod ἐξαρτήσων καὶ κρεμάσων. Eodemque modo apud Latinos, verbum suspendere sacrum est.

Virg. Aeneid. 12.

— *et notas suspendere vestes.* Lib. 9.

— *suspendiue tholo.*

Idem 6. Aeneid.

— *Arma patri suspendet capta Quirino.* Catul.

— *Tacito suspendit vota labello.* IDEM.

1) Φρι-

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Καὶ μετὰ τᾶτο ἐλθόντες, ἐπεσκόπεν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα. Τὰ δὲ πάντα κατέκειτο, μήτε νεμόμενα, μήτε βληχώμενα· ἀλλ' οἶμαι τὸν Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην ἀφανεῖς ὄντας ποθᾶντα. Επειδὴ γᾶν ὀφθέντες καὶ ἐβόησαν τὸ σύνηθες, καὶ ἐσύρισαν, τὰ μὲν ἀνασάντα ἐνέμετο· αἱ δὲ αἶγες ἐσκίρτων φριμασσόμεναι,[1] καθάπερ ἡδόμεναι σωτηρίᾳ συνήθες[2] αἰπόλε.[3] Οὐ μὴν ὁ Δάφνις χαίρειν ἔπειθε τὴν ψυχήν· ἰδὼν τὴν Χλόην γυμνὴν, καὶ τὸ πρότερον λανθάνον κάλλος, ἐκκεκαλυμμένον, ἤλγει τὴν καρδίαν, ὡς ἐθιομένην ὑπὸ φαρμάκων. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν λάβρον ἐξέπνει,[4] καθάπερ τινὸς διώκοντος αὐτόν, ποτὲ

p. 28.

[1]) Φριμασσόμεναι] Verbum hoc φριμάσσομαι caprarum proprium esse voluit *Pollux*. δοκεῖ δὲ ἴδιον ἐπὶ αἰγῶν εἶναι, μᾶλλον ὁ φριαγμός. *Theocr.* Idyll. 5. (quem laudauit etiam *Iungerm.*)

— Φριμάσσετε πᾶσα τραγίσκων
Νῦν ἀγέλα.

Prae gaudio fremat uniuersus hircorum
Nunc Grex.

At *Herodot.* in Thalia etiam equis tribuit φριμάξασθαι καὶ χρεμετίσαι, cum equos dicit infremuisse, ac hinniisse: vel vt aliis placuit, calidum flatum e naribus emisisse. Vide *Suidam.* IDEM.

Scholiastes Theocriti ad Idyll. V, 141. negat, hoc verbum caprarum esse proprium. φριαγμὸς μὲν γάρ ἐστι κυρίως ἡ τῶν ἵππων· βληχὴ δὲ ἡ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων. Translate igitur accipiendum, quemadmodum ab illo ipso paullo ante ad laudatum Theocriti locum exponitur: φριμάσσετε, τητίσι' μιθ' ἡδονῆς σκίρτα. Conuenit hoc verbum cum cognato

CAPVT XVII.

Postea redeuntes capras atque oues inspiciebant, quae omnes iacebant humi, neque pascentes, neque balantes, sed, vt puto, Daphnidem, atque Chloen ex oculis ablatos, desiderantes. Illis igitur conspectis, vt consuetam ediderе vocem, tibiaque cecinerunt, ilico surgentes pecudes pascebant. Caprae frementes prae gaudio exultabant, veluti laetae consueti salute pastoris. Non tamen Daphnis vt gauderet animum inducere potuit. Postquam enim nudam vidit Chloen, atque pulchritudinem prius absconditam, nunc detectam, ingentem corde sentiebat dolorem, haud aliter, quam si a veneno depasceretur. Quin spiritum ipsum aliquando

to φυάττομαι, quod proprie quidem notat *fremere*, metaphorice autem, *ferocire*, *superbire*, *prae gaudio se efferre*. Non igitur satis accurate transtulit Teuto: *Die Ziegen sprungen* schnaubend *auf*. Pro quo reddendum erat, *muthig*. Hoc sequentia vberius docent: καθάπερ ἡδόμεναι σωτηρίᾳ συνήθεις αἰπόλαι. Nec melius verterat Gallo-francus: *en beslant*. Quae vero hic a *Mollo* disputantur, erepta sunt *Stephano* Thes. Gr. L. T. IV. p. 225. BODEN.

2) Συνήθεις] N. συνήθει. COLVMB.

3) Αἰπόλαι] Αἰπόλος, caprarius, quasi αἰγοπόλος καὶ κατὰ συγκοπὴν, αἰπόλος, ὁ περὶ τὰς αἶγας πολῶν, καὶ τρεφόμενος, qui circa capras versatur, et occupatur. Hinc αἰπολέω, *Theocr.* Idyll. 8. v. 85. αἰπολέοντα διδάξαι, capras pascentem docere. MOLLVS.

4) Καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν λάβρον ἐξέπνει etc.] Multa amoris occulti indicia recensentur a *Luciano* in libel. de Dea Syria. ἔρωτος δὲ ἀφα-

ποτὲ δὲ ἐπέλειπε 5) καθάπερ ἐκδαπανηθὲν ἐν ταῖς προτέραις ἐπιδρομαῖς. 6) Εδόκει τὸ λιτρὸν εἶναι τῆς θαλάσσης φοβερώτερον. Ενόμιζε τὴν ψυχὴν ἔτι παρὰ τοῖς λῃσταῖς μένειν, οἷα νέος ἄγροικος καὶ ἔτι ἀγνοῶν τὸ ἔρωτος λῃστήριον.

ΛΟΓΓΟΥ

ἀφανίος πολλὰ σημεῖα, ὀφθαλμοῖτι ἀσθενείς, καὶ φωνὴ, καὶ χροὰ, καὶ δάκρυα, et paulo poſt: τὴν δὲ χροιὰν ἠλλάξατο, καὶ ἱδρῶτι ἤρξατο, καὶ τρόμῳ ἴσχετο, καὶ ἡ καρδία ἀνεπάλλετο. Amoris autem occulti multa ſunt ſigna, oculi languentes, vox, color et lachrymae. Deinde colorem mutare, ſudorem emittere incipiebat, et tremore corripiebatur, eique cor ſubſultabat.

IDEM.

Male in vulgatis quibusdam legebatur καὶ αὐτὸν τὸ πνεῦμα. Emendaui ad Iungermani textum καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα, quod Vrſini codex confirmat.

BODEN.

V. αὐτὸ. P. COLVMB.

5) Ἐπ-

do rapidum, eum tanquam perſequente aliquo, ducebat; nonnunquam prioribus veluti incurſionibus conſumptus, deficiebat. Lauacrum hoc illi ipſo terribilius mari videbatur. Animum ſuum etiamnum apud latrones eſſe, vtpote iuuenis agreſtis, latrociniique cupidinis ignarus, autumabat.

5) Επέλιπε, leg. ἐπέλειπε. MOLLVS.

N. et V. ἐπέλειπε. P. COLVMB.

6) Εν ταῖς προτέραις ἐπιδρομαῖς] Praepoſitio ἐν apud bonos auctores ſaepe redundat. *Lucian.* Quom. conſcribſit Hiſtor. καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα, et elephantos ſagitta interfeceris. Idem in Aſin. τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς ψεύδεται, ſeſe verberibus ſimulat enectum. *Euripid.* ἐν βέλει πληγεὶς, telo percuſſus. *Muſaeus* verſ. 159.

Θυμὸν ἐρωτοτόκοισι παραπλάγξας ἐνὶ μύθοις,
Animum amoribus errare faciens verbis.

Vide D. *Phocken.* §. 47. MOLLVS.

I 7) Ε-

p. 29.

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

ΚΕΦΑΛ. ά.

Ἤδη δὲ τῆς ὀπώρας ἀκμαζούσης, καὶ ἐπείγοντος τὸ τρυγητόν, πᾶς ἦν κατὰ τὸς ἀγρὸς ἐν ἔργῳ·[1] ὁ μὲν, λῆνὸς ἐπεσκεύαζεν· ὁ δὲ, πίθους ἐξεκάθαιρεν· ὁ δὲ, ἀρξίχους ἐπελέκιζεν·[2] ἔμελε

-τιν

[1]) Ἐν ἔργῳ ὤσιν] Apud *Thucyd.* pro in ipso esse conflictu. Hinc metaphorice etiam de re venerea dicitur. *Lucian.* in dial. Apoll. ac. Mercur. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τῆ λίχες, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, vbi igitur lectum conscendissent, et in opere essent. *Vlpian.* l. 23. ff. ad leg. Iul. de adult. *Pomponius* scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi: et hoc est, quod Solon et Draco dicunt ἐν ἔργῳ. Verum enim vero, non ita hic capitur; sed pro opere, quod ruri fit, quo significatu apud *Hom.* dicitur Od. ξ.

— ἔργον δέ μοι ἐ φίλον ἔσκεν,
Opus autem rusticum non erat mihi gratum.

Hinc et ἔργα plurali numero vtrique scriptores vocant terram, in qua opus factum est, i. e. cultam: Quemadmodum et Latini culta neutro genere, arua appellant.

MOLLVS.

[2]) Ἀρξίχους ἐπελέκιζεν] Dolabat:

LONGI PASTORALIVM DE DAPHNIDE ET CHLOE LIBER SECVNDVS

CAPVT I.

Adulto iam autumno, instanteque vindemiae tempore, quilibet in agris operi intentus erat: alius prela instaurabat: alius dolia expurgabat: alius cophinos texebat: alius faculam vuis praelabat: sed pro eo lege ἔπλεκεν, texebat, nectebat. Estque metonymia effecti: quippe intelligit τὰς λύγους, hoc est vimina, quibus cophini conficiuntur: Ita *Maro* Eclog. 10.

Serta mihi Phyllis legeret, h. e. flores, vnde serta. Ἀρρίχος, inquit *Hesychius*, κόφινος ἢ ἀγγεῖον λύγινον, vas vimineum. Ita etiam *Etymolog.* et *Eustath.* ἄρρίχοι sunt κόφινοι ἰσύϊνοι. Patet tamen ex *Aristophane* in Auib. prorsus non esse idem ἄρρίχον, atque κόφινον, dicente:

Ἀλλ' ὡς τάχιστά σὺ μὲν ἰὼν τὰς ἀρρίχους,
Καὶ τὰς κοφίνους ἅπαντας ἐμπίπλη πτερῶν.

Sed quam citissime tu quidem iens, cistas
Et cophinos omnes imple pennis.

Ad haec *Scholiastes*: vtrumque vas est ex genere eodem: habet tamen aliquid differentiae, cum ait: λέγουσι δὲ καὶ τῶν σωράκων τι εἶδος

τινι δρεπάνης μικρᾶς ἐς βότρυος τομήν· καὶ ἑτέρῳ
p. 30. λίθῳ, θλίψαι τὰ ἔνοινα[3]) τῶν βοτρύων δυναμένῳ· καὶ ἄλλῳ, λύγῳ ξηρᾶς πληγαῖς κατεξασμένης, ὡς ἂν ὑπὸ φωτὶ νύκτωρ τὸ γλεῦκος φέροιτο. Ἀμελήσαντες ἓν καὶ ὁ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη τῶν προβάτων καὶ τῶν αἰγῶν, χειρὸς ὠφέλειαν ἀλλήλοις μετεδίδοσαν· ὁ μὲν ἐβάτταζεν ἐν ἀρρίχοις βότρυς, καὶ ἐπάτει ταῖς λαγοῖς ἐμβάλλων, καὶ εἰς τὸς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον. ἡ δὲ τροφὴν παρεσκεύαζε τοῖς τρυγῶσι, καὶ ἐνέχει ποτὸν αὐτοῖς πρεσβύτερον οἴνου.

δος ἀρρίχους. Et nunc dicunt σωρέκαν esse speciem Ἀρρίχους. Est vero σώρακες, teste *Hesychio*, ἀγγεῖον εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται, vas, in quod fici coniiciuntur. At hoc loco ἄρρίχοι significant κοφίνους σαφυλοφόρους, fiscellas, siue ciſtellas aptas gerendis vuis. IDEM.

V. ἔπλεκεν. P. Quod et in verſione mea ſum ſequutus, vt ſemper, vbi lectio in Codice F. vel V. viſa fuerit verior. Ἀρρίχος λέγεται ὁ κόφινος, ἐν ᾧ κομίζουσι τὸς βότρυς, ait *Etymolog.* in ἀναρρίχᾶσθαι. IVNGERM.

Notari meretur alia coniectura in editione Nealmenſi propoſita, vbi propo-

nitur legendum ἐπελύγιζεν, *vinciebat, flectebat, contorquebat*, cuius ſimplex λυγίζω frequentius eſt, et ab interprete Theocriteo ad Idyll. I, 97. per καταδῆσαι redditur. Certe, quum ἄρρίχος apud *Heſychium* ſit ἀγγεῖον λύγινον, principatum tenet lectio ἐπελύγιζεν, vel, ſi malis, ἐλύγιζεν prae vulgata ἐπελίκιζεν, atque reſpondet τῷ ἔπλεκεν in codice Romano, quod vero reiicit *Hemſterhuſius* ad *Poll.* X, 130. BODEN.

3) Ἔνοινα] Lege εὔοινα, εὔοινος, bonum vinum ferens, vino abundans, vini ferax. *Pell.* ἄμπελος εὔοινος, vitis vini ferax. MOLLVS.

Infra

praecidendis curabat: alius lapidem, qui vini plenas vuas conterat, alius viticem aridam ictibus contusam praeparabat, quo cum lumine de nocte mustum feratur. Hinc neglectis Daphnis atque Chloe ouibus caprisque, mutuas sibi praestabant operas. Ille gestabat fiscellis vuas, iniectasque torculari calcabat, inque dolia ferebat vinum. Haec vero cibum vindemiantibus apparabat, illisque potum, vinum vetustius, infundebat, nec non humiliores carpebat vuas. Omnis

quippe

Infra hoc libro Ες ἀνολκὴν λίθῳ θλίβοντες τὰ πατηθέντα βοτρύδια etc. Vinaceorum enim vsus in conficienda lora, quam *Turnebus* dictam putat, quod loreo sune prelo adducto exprimatur. IVNGERM.

Quum nec planum esse putem, corruptum esse hunc Longi locum, tum an sit ita emendandus, ambigo. Videtur enim ἔνοινα quidem ἄπαξ λεγόμενον, quod commodum tamen sensum pariat. Vuae in torculari iam pedibus calcatae subiiciebantur prelis, quae trabes erant, quantum possit succi, paullisper exprimentes. Quum desierat sub prelo fluere mustum, circumcidebantur extrema, atque iterum premebantur folliculi acinorum, addita tandem aqua, vnde οἶνος δευτερίας s. δευτερίνης. *Hesychio* est ὁ μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι εἰς τὰ τέμφυλα οἶνος. De hoc vino secundario, quod operariis dabatur hyeme, videtur esse hoc loco dictum, vt sint τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων *vinacea*, siue vaginae vuarum iamiam calcatarum ac pressarum, in quibus tamen nonnihil succi supersit, quod, maceratis aqua vinaceis, iniecto lapide, exprimatur. Vid. *Varro* de R. R. I, 54. *Plin.* XIV, 10. *Dioscor.* V, 13. et *Anatolius Geop.* VI, 13. BODEN.

4) Πο-

οἶνον, 4) καὶ τῶν ἀμπέλων τὰς 5) ταπεινοτέρας ἀπετρύγα· πᾶσα γὰρ κατὰ τὴν Λέσβον ἦν ἄμπελος ταπεινὴ, ὑ μετέωρος, οὐδὲ ἀναδενδράς· ἀλλὰ κάτω τὰ κλήματα ἀποτείνουσα, καὶ ὥσπερ κιττὸς νεμομένη· καὶ παῖς ἂν ἀφίκοιτο βότρυος, ἄρτι τὰς χεῖρας ἐκ σπαργάνων λελυμένος.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Οἷον ἦν εἰκὸς ἐν ἑορτῇ Διονύσου, καὶ οἴνου γενέσεως· αἱ μὲν γυναῖκες ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν εἰς ἐπικουρίαν 1) κεκλημέναι, τῷ Δάφνιδι τὸς ὀφθαλμὸς ἐπέβαλλον, 2) καὶ ἐπήνουν ὡς ὅμοιον τῷ Διονύσῳ τὸ κάλλος· καί τις τῶν θρασυτερῶν 3) καὶ ἐφίλησε, καὶ τὸν Δάφνιν παρώξυνε, 4) τὴν δὲ Χλόην ἐλύπησεν. Οἱ δὲ ἐν ταῖς ληνοῖς, 5) ποικίλας φωνὰς

p. 31.

4) Ποτὸν πρεσβύτερον οἶνον] Vina noua olim non gustabant, nisi hieme exacta, idque menſe ἀνθεστηριῶνι, id eſt, Maio, qui dies illis dicebatur ἀγαθοῦ δαίμονος, etiam πιθοιγία, quaſi doliorum apertio. Erat hoc feſtum bacchicum apud Graecos; quale eſt, quod in honorem S. Martini agitatur. Tunc vouebant, priuſquam biberent libantes, vt vinum eſſet ſalutare, locoque medicamenti.

MOLLVS.

5) Ἀμπέλων τὰς] V. ἀμπέλων δὲ τὰς. P.

COLVMB.

1) Εἰς ἐπικουρίαν] Adde, οἴνου κεκλημέναι.

COLVMB. et MOLLVS.

2) Τῷ Δάφνιδι τὸς ὀφθαλμὸς ἐπέβαλλον] Huic affinis locus eſt ille *Heliod.* Aethiop. libr. 3. ἤδη δὲ ὅσαι δημώδεις γυναῖκες, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐγκρατείᾳ κρύπτειν ἀδύνατοι, μήλοις τε καὶ ἄνθεσιν ἔβαλλον, εὐμένειαν ἀπ' αὐτῆς τινα, ὡς ἐδόκουν, ἐφελκόμεναι. κρίσις γὰρ αὕτη μία παρὰ

quippe in Lesbo vitis erat humilis, non sublimis, non arboribus maritata: at deorsum pampinos protendens, atque hederae instar serpens. Quin infans facile, modo solutis extra fascias manibus, vuas apprehenderit.

CAPVT II.

Mulieres igitur Bacchi festo, vindemiaeque tempore, vt moris erat, ad opem ferendam proximis ex agris accersitae in Daphnidem oculos coniiciebant, laudantque veluti forma Bacchum referentem. Et quaedam ex audacioribus osculum figendo Daphnidem irritauit, Chloeque aegre fecit. Qui autem in cupis vuas calcabant,

παρὰ πᾶσιν ἐκρατύνετο, μὴ ἂν φανῇ τι κατ' ἀνθρώπους, ὁ καὶ Θεαγένης ὑπερβάλλοι κάλλος. Denique vulgiuagae quaedam mulieres, et quae affectum animi continentia occultare non poterant, malis et floribus illum petebant, beneuolentiam quandam ab ipso, vt videbatur, captantes. Idem enim iudicium apud omnes valebat; non posse quicquam humani apparere, quod Theagenis pulchritudinem superaret. MOLLVS.

3) Θρασιτερῶν] Correxi. Erat in editis θρασυτέρων. BODEN.

4) Παρώξυνε] Verti: irritauit, non ad iram, sed animum commouit, vt *Siluius*: *pocula irritant luxum*; inflammauit animum. MOLLVS.

5) Οἱ δὲ ἐν ταῖς ληνοῖς] Scil. ὄντες. Innuit praecipue τοὺς ληνοβάτας et τραπετὰς, videlicet τοὺς ἐν τῷ ληνῷ τὰς σαφυλὰς ἐμπατοῦντας, vuarum calcatores. Nota ληνὸν hoc loco esse generis foeminini,

νὰς ἔῤῥιπτον ἐπὶ τὴν Χλόην, καὶ ὥσπερ ἐπί τινα βάκχην σάτυροι[6]) μανικώτερον ἐπήδων,[7]) καὶ ἠυχοντο γενέσθαι ποίμνια, καὶ ὑπ' ἐκείνης νέμεσθαι. Ὡς δ' αὖ πάλιν ἡ μὲν ἤδετο, Δάφνις δὲ ἐλυπεῖτο. εὔχοντο δὲ δὴ ταχέως παύσασθαι τὸν τρυγητὸν, καὶ λαβέσθαι τῶν συνήθων χαρίων, καὶ ἀντὶ τῆς ἀμέσου βοῆς, ἀκέειν σύριγγας, ἢ τῶν ποιμνίων αὐτῶν βληχωμένων. Καὶ ἐπεὶ διαγενομέναν ὀλίγων ἡμερῶν, αἱ μὲν ἄμπελοι τετρύγηντο, πίθοι δὲ τὸ γλεῦκος εἶχον· ἔδει δὲ ἐκ ἔτι ἡδὲν πολυχειρίας, κατήλαυνον τὰς αἰγέλας εἰς τὸ πεδίον· καὶ μάλα χαίροντες, τὰς νύμφας προσεκύνουν, βότρυς αὐταῖς κομίζοντες ἐπὶ κλημάτων, ἀπαρχὰς τοῦ τρυγητοῦ.[8]) ἠδὲ τὴν πρότε-

minini, cum alias ferme ſemper ſit maſculini. Dicitur παρὰ τὸ λιπαίνω, τὸ λιπαντύνω, comminui, frango. Calcatorium.

IDEM.

Gloſſa Bened. *Calcatotorium.* IVNGERM.

6) Ὥσπερ ἐπί τινα βάκχην σάτυροι] Omnium equidem Bacchi comitum praecipui fuerunt ſecundum Bacchas Satyri et Sileni: quos non ſpecie, ſed aetate ſolum, diſſerre Graecorum plerique cenſuere. Sileni Satyrorum propter aetatem grandiorem quaſi Epiſtatae erant, Bacchi ipſius paedagogi, τροφοὶ atque baiuli, Satyri Bacchi colluſores. Hos in venerem pronos credidit antiquitas: vnde et a voce σάθη, quae partem eam denotat, qua viri ſumus. Vnde σάθωνις bene verſati. Nam vt ab ἅλμη ἁλμυρὸς, ſic a σάθη σαθυρὸς, libidinoſus. Sunt qui putent, vocabulum hoc proprium initio fuiſſe Dorum: σάτας enim, aut σάτης in illorum dialecto ludere ſignificabat: vnde et διασάτης pro διαπαίζειν, Lacedaemonii vſurparunt. *Heſych.* διασάτης

varias proferebant voces in Chloen, insanoque illam excipiebant cantu, haud secus atque Satyri Baccham aliquam, optantes de grege esse illius, eique pasci. Quare et illa vicissim delectabatur, Daphnis autem moerebat. Porro non aliud illis in votis erat, quam vt mox, vindemia finita, suos habeant consuetos campos, proque incondito illo clamore fistulam, aut ipsos balantes audiant greges. At postquam, pauculis interiectis diebus, vuae e vitibus essent decerptae, vasa continerent mustum, neque vltra haberent opus operarum multitudine, suos in pascuum abigebant greges: atque admodum laeti, Nymphas adorabant, offeren-

σάτης, διαπαίζειν, λάκωνες. Hanc coniecturam iuuat, quod Attici et Iones Satyros vocarunt φῆρας, siue φηρίας. Etiam poetarum principi φῆρες sunt Centauri, quibus fuit cum Satyris commune genus. Hinc scimus eos a poetis φιλοπαίγμονας vocari, et semper ludibundos induci.

MOLLVS.

7) Επήδων] Leg. ἐπῆδον cantabant. Nisi malis retinere ἐπήδων et vertere saltabant, qui gestus Satyrorum est. IDEM.

Nescio, an rectius sic ἐπήδων, *saltabant*. Saltantes Satyri plerumque inducuntur. Sed mox tamen ait ἀμέσως βοῆς. *Varro* ὄνος λύρας. Homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatrices in machinis. IVNGERM.

8) Απαρχὰς τῦ τρυγητῦ] *Vindemiae primitias*. Mos antiquorum erat, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota soluerent, pro laeto frugum fructuumque prouentu, vt primitias rerum collectarum in lancem congestas, cuique Deo

πρότερον χρόνον ἀμελῶς ποτε παρῆλθον, ἀλλ' ἀεί τε ἀρχόμενοι νομῆς, προσήδρευον, καὶ ἐκ νομῆς ἀνιόντες, προσεκύνουν· καὶ πάντως τι ἀπέφερον, ἢ ἄνθος, ἢ ὀπώραν, ἢ φυλλάδα χλωρὰν, ἢ γά-
p. 32. λακτος σπονδήν· καὶ τότε μὲν ὕστερον ἀμοιβὰς ἐκομίσαντο παρὰ τῶν θεῶν. Τότε δὲ κύνες, 9) φασὶν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες ἐσκίρτων, ἐσύριττον, ἥδον τοῖς τράγοις, καὶ τοῖς προβάτοις συνεπάλαιον.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Τερπομένοις δὲ αὐτοῖς, ἐφίσταται πρεσβύτης, σισύρας ἐνδεδυμένος, 1) καρβατίνας ὑποδεδεμένος,

Deo pro ratione eius cultus offerrent.

MOLLVS.

9) Τότε δὲ κύνες] Alludit ad canes catenarios, qui vinculis exempti suis, liberius vagari solent. Nostrates: Dy is ghelyck een hondt die van de band koomt.

IDEM.

De canibus διεμίοις vid. *Casaub.* in *Theophr.* ad c. περὶ ἀγροικ. et *Dousae* I. Praecid. *Tibull.* V. et *Phaedr.* fab. 46.

IVNGERM.

Cato de R. R. 124. *Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores et vigilantiores sint.* Notes vero ellipsin particulae ὡς, τότε δὲ ὡς κύνες, vt in *Homero* Iliad. ω. 258. θεὸς ἴσχει μετ' ἀνδράσιν, *tamquam Deus erat inter homines.* Ipsa supplet *Eustathius* ad h. l. Δεῖ κάνταῦθα προσυπακούειν συνήθως τὸ ὡς, ἵνα λέγῃ, ὡς θεὸς ἦν. Sic et apud Latinos in *Horat.* Arte Poet. v. 133.

Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. BODEN.

1) Σι-

do vna cum palmitibus vuas, vindemiae primitias: quas nunquam neglectim habuere; sed semper, antequam in pascua greges abigerent, huic cultui incumbebant, eque pascuis redeuntes, adorabant, semper nonnihil afferentes, siue florem, siue poma, siue ramum viridem, siue lac ad libandum. Quod insequenti tempore illis abunde a Deabus est pensatum. Tunc temporis autem, vt canes, quod aiunt, vinculis exempti, tripudiabant, fistula canebant, cantu mulcebant hircos, cumque ouibus colluctabantur.

CAPVT III.

Illis vero tanto delibutis gaudio, senex quidam, rhenone indutus, carbatinis calceatus, suspensam de

[1]) Σισύρας ἐνδεδυμένος] Rhenone indutus. Σισύρα, inquit *Suidas*, ἱμάτιον τραχὺ καὶ παχύ. περιβόλαιον ἀγροικικὸν, δηλικὸν, παλαιὸν. ἢ χιτὼν δερμάτινος, h. e. Sisyra est vestis aspera, et crassa, vestimentum rusticum, seruile, antiquum, vel sagum pelliceum. *Aristoph.* in Vespis eius mentionem facit: Καὶ μὴ θρίψω γ' αὐτὸν, παρέχων ὅσα πρσβύτῃ ξύμφορα, κόνδρον λείχειν, χλαῖναν μαλακὴν σισύραν.

Alere hunc penitus volo, sufficiens quaecunque seni commoda, lambet alicam, mollicula aderit laena. Ad haec interpres: Σισύρα καλεῖται παρὰ μὲν τισιν, ἡ βαίτη. ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνερραμένων προβάτων ἐχόντων τὰ ἔρια. οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασιν, χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἁπλόϊδα. Τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σισύρναν. Amictum ex pellibus lanigeris esse autumat *Scholiastes* et aliter βαίτην vocat, et sane credibile est, esse hic διφθέραν, et quem *Caesar* cum *Varrone* dicit Rhenonem ab ouibus pellitis. Antiqui

μένος, [2]) πήραν ἐξηρτημένος, καὶ τὴν πήραν παλαιάν. ἅτος πλησίον καθίσας αὐτῶν, ὧδε εἶπε· „Φιλητᾶς, ὦ παῖδες, ὁ πρεσβύτης ἐγώ· ὃς πολλὰ μὲν

tiqui (vt notarunt alii) Tityrum vocabant τὸν κριὸν, inde ego putem σισύρας nomen. Tamen *Hesychius* eam componit ex pellibus caprinis, et contra hunc Scholiastem differre facit, σισύραν a σισύρνα; nam Sisyrnam a Lybicis pastoribus vocari ait vestem ex pellibus villosis consutam; et Sisyram stragulum potius esse et μηλωτήν. Neque consentiunt Grammatici inter se: Nam alii σισύραν faciunt laenam simplicem, alii duplicem. Non est facile nobis has controuersias conciliare, qui tantum abest, vt veterum vestes satis dignoscamus, vt nostras ipsi quotidie mutemus, longe dissimiles Philoclionis istius, qui odio Laconum, baxeas, quae Laconicae dictae, nunquam in animum inducere potuit, vt indueret. Nos hodie non σισύρας, hoc est, tunicas promissas ex corio, sed fericas vestes vario habitu induere gaudemus, exoticarum elegantiarum simioli. MOLLVS.

Σισύραν, vel σισύρνον, et σίσυν, tam confundunt, quam distinguunt Grammatici. Quae videantur apud *Hesych.* *Etymolog.* *Suid.* ex quibus sane patet, Sisyram fuisse paenulam scorteam vel laenam ex pellibus ouillis consarcinatam. Qua rusticani vtebantur, et ἑδοιποροῦντες, praesertim hyeme. Cubabant autem et in istis Sisyris. *Aristoph.* Init. Νεφελ. v. 10. ἐν πίντε σισύραις ἐγκεκεζυλημένος, quem locum adfert *Etymol.* in σισύρα. Sunt autem verba Strepsiadae de Phidippide secure stertente. Et bene *Frischlinus* vertit. — inuolutus quinque stragulis. Idem Comicus ὄρνισ. non longe ab initio: Εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὑρεῖν ὥσπερ σισύρᾳ ἐγκατακληθῆναι μαλθακήν. Quid in eadem Sisyra haut mollis princeps Iulianus dor-

de se habens peram, eamque admodum vetustam, superuenit: qui iuxta illos considens, hunc in modum fatur. Ego sum, pueri carissimi, senex ille Phi-

dormiebat, non e plumis, vt ait *Ammian.* I, 16. vel stragulis sericis, ambiguo fulgore nitentibus, sed ex tapete et sisyra exsurgens. Quod ipse etiam de se praedicat in *Misopog. Hesych.* σισύρα δὲ διφθέρα, εἰς ἀμπεχόνην καὶ σρωμνὴν ἐπιτηδείως ἔχεται καθάπερ τὰ κώδια καὶ μηλωταί. *Onomast. Graecol.* Lodix σισύρα. Haec eo coaceruabam, si locus *Agathiae* insignis posset mendo liberari iste l. 3. Narrat scilicet Soterichi praefecti, ipsiusque filiorum caedem a Misimanis perpetratam noctu; ipsum cum suis somno indulgentem opprimentibus. Καὶ τοίνυν, ait, ὑπὸ δίκης ἐκ τῶν εὐνῶν ἀνεπάλλοντο, ἔτι δὲ τῷ ὕπνῳ καρηβαροῦντες καὶ παρειμένοι, ἀμύνεσθαι αὐτοῖς οὔτι μάλα παρῆν· οἱ μὲν γὰρ ταῖς σκύραις τὼ κόδε περιελιττόμενοι, ἔργοντο τῆς πορείας, etc. Porsena illud σκύρας vertit veste oblonga praepediti. Quem reprehendunt viri doctiss. et interpretantur scrupis inuoluti. A quibus si mihi verecunde dissentire licet, et, quod sentio, proferre, dico, illos scrupos hoc loci nihil agere, nisi quod scrupulum moueant. Posset igitur legi, σύρας, quas pro lacernis vilibus exponunt *Schol. Aristoph.* vel συρίας, id est, παχείας χλαίνας, vt ait *Hesych.* Quid multis moror? σισύρας puto legend. apud *Agath.* Iis nempe pedes inuoluere voluerant, ne nocturno frigore humi latentes laederentur; iis igitur prae somno non poterant statim euoluere Soterichiani, et ausugere. Haec quum ita scripsissem, incidi forte fortuna in diu desideratos Comm. *Casauboni* in Apolog. *Apuleii*, vbi vidi illud ἄκρον ἄωτον τῶν φιλολογησάντων pariter σισύρας in Agathia reponere: quod vt mirum quantum fuerim gaui-

μὲν ταῖσδε 3) ταῖς νύμφαις ἦσα, πολλὰ δὲ τῷ Πανὶ ἐκείνῳ ἐσύρισα, βοῶν δὲ πολλῆς ἀγέλης ἠγησάμην μόνῃ μουσικῇ. ἥκω δὲ ὑμῖν, ὅσα εἶδον, μηνύσων· ὅσα ἤκουσα, ἀπαγγελῶν. 4) Κῆπός ἐστί μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν· 5) ὃν, ἐξ ὃ νέμειν διὰ γῆρας ἐπαυσάμην, ἐξεπονησάμην· ὅσα ὧραι φέρουσι, πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ καθ' ὥραν ἑκάστην. Ηρος, ῥόδα, κρίνα, καὶ ὑάκινθος, 6) καὶ ἴα ἀμφότερα·

gauiſus, ita id virorum illi clariſſimo lubens meritoque reſcribo, ne quid alienum nempe in armum tollam. Quid enim bona hora exaudiat, vt ille ait, iſtud a me ſemper alienum fuit, eſt, eritue.

IVNGERM.

pedes imprimebantur, calceique pedibus adhaereſcebant. Habebant enim, poſteaquam veteres calcei deſeciſſent, carbatinas factas de corio recens bobus detracto. Idem dicit *Suidas*, quem vide ſis in voce καρβάτιναι. Scribit *Ariſtoteles* libr. 2. de animalibus, camelos calcari carbatinis, ne ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant. Nam, vt *Herodianus* teſtatur lib. 4. cap. 15. ἅτε κάμηλοι μάλιστα ἔχουσι ἁπαλὰ τὰ πλάματα, habent molliſſimas vngulas. MOLLVS.

Heſychius: Καρπάτινα ἀγροικικὸν ὑπόδημα μονόδερμον. Καρβατίνας ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν ait *Suidas*. Crepidas autem Carbatinas dixit *Catullus* epigr. 99. in Vectium,

2) Καρβατίνας ὑποδιδυμένους] Καρβατίνη, teſte *Heſychio*, dictum fuit vile et ruſticum calceamentum vna ſuppactum ſolea. *Xen.* de exped. Cyri libr. 4. fol. mihi 130. Οσοι δὲ ὑποδιδυμένοι ἐκοιμῶντο, ἀσιδύοντο εἰς τὰς πέδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα, περιεπήγνυντο. καὶ γὰρ ἦσαν, ἐπειδὴ ἀπέλιπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβάτιναι ποιούμεναι ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν. Quotquot autem calceati cubabant, iis lora in

Philetas, qui ſaepius in honorem harum Nympharum cecini, frequenterque in laudem Panis illius fiſtula mea ſum modulatus. Sola vocis modulatione numeroſum armentum boum duxi, venio vobis, quaecunque vidi, indicaturus, et, quaecunque audiui, relaturus. Eſt hortus mihi, mearum manuum opus, quem ego ſedulo, ex quo meam propter ſenectam paſtorem agere deſii, excolui, omnia in iſto pro

ctium, vt princeps reſtituit *Politianus* Miſcell. c. 2. (vbi locum Longi laudat, et alia de carbatinis docet) quod tamen improbare conatus eſt *Muretus* ad illud Catulli, improbatus ab Ill. *Ioſ. Scaligero*, qui *Politiani* lectionem adſerit, quam etiam adprobaſſe patet *Scalig.* patrem. in IV. Poet. 5. et VI. Poet. 7.

IVNGERM.

3) Τοῖς δὲ] Τοῖς δ. Edidi, vt erat pro varia lectione in Pariſino.

BODEN.

4) Απαγγελῶν] Lege: ἀπαγγελῶν. IVNGERM.

5) Κῆπος ἐστί μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν] Subaud. ἔργον. *Curt.* libr. 6. Hanc veſtem, qua indutus ſum, ſororum non donum ſolum, ſed etiam opus vides. Hi homines, qui ſua ipſorum manu ac labore terram colunt, vnica dictione αὐτουργοὶ Graecis appellantur. *Xen.* lib. 5. Memorab. καὶ τὰς μὲν αὐτουργὰς διὰ τῶν χειρῶν γυμνάζουσα, ἰσχὺν αὐτοῖς προστίθησιν. Eadem illos, qui manibus ſuis laborant, exercendo magis robuſtos efficit. Elegantem horti deſcriptionem vide apud *Lucian.* in dial. qui inſcribitur Ἔρωτες.

MOLLVS.

6) Υάκινθος] Quia praeceſſit ἔχων, ſuſpicor legendum ὑακίνθῃς, ſed inemendatum reliqui, quia apud bonos autores eiuſcemodi variata loquendi forma non raro occurrit. IDEM.

N. ὑάκινθον, fortaſſe, quia praeceſſerat ἔχων. Nihil tamen

p. 33. ρα· 7) θέρες, μήκωνες, καὶ ἀχράδες, καὶ μῆλα πάντα· νῦν, ἄμπελοι, καὶ συκαὶ, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μύρτα χλωρά. Εἰς τοῦτον τὸν κῆπον ὀρνίθων ἀγέλαι συνέρχονται τὸ ἑωθινόν· τῶν μὲν ἐς τροφὴν, τῶν δὲ ἐς ᾠδήν·8) συνηρεφὴς γὰρ καὶ κατάσκιος,9) καὶ πηγαῖς τρισὶ καταῤῥυτος· ἂν περιέλῃ τις τὴν αἱμασιὰν, ἅλσος ὁρᾷν οἰήσεται. Εἰσελθόντι δέ μοι τήμερον ἀμφὶ μέσην ἡμέραν, ὑπὸ ταῖς ῥοιαῖς καὶ ταῖς μυῤῥίναις, βλέπεται παῖς, μύρτα καὶ ῥοιὰς ἔχων, λευκὸς, ὥσπερ γάλα·10) καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ· ψιλπνὸς ὡς ἄρτι λελεμένος· γυμνός ἦν·11) μόνος ἦν· ἔπαιζεν ὡς ἴδιον κῆπον τρυγῶν. Ἐγὼ μὲν ἓν ὥρμησα ἐπ' αὐτὸν ὡς συλληψόμενος, δείσας μὴ ὑπ' ἀγερωχίας τὰς μυῤῥίνας καὶ τὰς ῥοιὰς κατακλάσῃ. Ὁ δέ με κούφως καὶ ῥᾳδίως ὑπέφευ-

men muto: ſequitur enim et μήκωνες. Forma autem quaedam loquendi variata reperitur etiam apud *Ariſtot.* in Poet. Επεὶ, ἐὰν μὴ τύχῃ τραγικῶς, οὐχὶ μίμημα ποιήσει τὴν ἡδονὴν ἀλλὰ διὰ τὴν ἀτεργασίαν, ἢ τὴν χροίαν. Quem in locum lege *Victorium.* COLVMB.

violae tam nigrae quam candidae. Veruntamen et ἴον μέλαν dicit, Hiſt. plant. lib. 1. et ἴον λευκὸν lib. 6. MOLLVS.

7) Ια ἀμφότερα] Propriè vero ἴα appellantur purpureae nigricantesque violae. Hinc in Epigramm. ἴον κυανανγές. *Theoph.* καθάπερ τὰ ἴα καὶ τὰ γε λευκὰ, vt

Λευκοίον ſcilicet et μελάνιον. Speciem luteum, namque, quam Arabico nomine *Keyri* vocant, Graecos ἴων nomine continuiſſe non arbitror. Nec ſane iſta vernо tempore florere ſolent. IVNGERM.

8) τῶν δὲ ἐς ᾠδήν] Hae anes *Luciano* appellantur

pro quauis anni tempeſtate habens, verno tempore roſas, hyacinthos, et vtrasque violas. Aeſtiuo mihi ſunt papauera, piraſtra, atque omne genus mala: nunc vites, fici, mali punicae, et baccae viridis myrti. Hunc in hortum tempore conueniunt matutino auium greges: aliae ad paſtum, aliae ad canendum. Etenim vmbroſus eſt et opacus tribusque irriguus fontibus. Si quis ſeptum ſuſtulerit, lucum putabit videre ſe. Illum ingreſſo hodie circa meridiem, viſus mihi puer eſt, ſub punicis myrtisque, manu tenens myrti baccas malaque punica, lac ipſum ſuo candore, flaua coma ignem referens, nitidus, tanquam modo lotus. Hic nudus, ſolusque erat, ludibundus hortum, haud ſecus quam ſuum, vindemiabat. Hac de cauſa irrui in illum, veluti

ἄρνεα μουσικά. libr. 2. ver. hiſt. MOLLVS.

9) Συνηρεφὴς γὰρ καὶ κατάσκιος] *Lucian.* in Amoribus· ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόρρω βρύοντα, τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφων, quorum arborum frondibus virentibus, in longum vſque promanantibus ambientem aerem contegebant. IDEM.

10) Λευκὸς ὥσπερ γάλα] Lactis candorem refert. At *Moſch.* Idyll. 1. Cupido negatur Veneri albus, cum inquit:

Χρῶτα μὲν ἐ λευκὸς, πυρὶ δὲ εἴκελος.

Corpore non albus, verum igni ſimilis. IDEM.

11) Γυμνὸς ἦν] Sola, primaque vt puto, Sappho, amorem veſte tectum finxit, quam deinceps nonnulli ex hiſtoricis atque poetis ſunt ſecuti. Videſis elegantiſſimam Cupidinis deſcriptionem apud *Moſchum* Idyll. 1. quod inſcribitur Amor fugitiuus. IDEM.

ὑπέφευγε. Ποτὲ μὲν ταῖς ῥοδωνιαῖς ὑποτρέχων, ποτὲ δὲ ταῖς μήκωσιν ὑποκρυπτόμενος,[12]) ὥσπερ πέρδικος νεοττός.[13]) Καί τοι πολλάκις μὲν πρᾶγμα[14]) ἔχον ἐρίφοις γαλαθηνοῖς διώκων· πολλάκις δὲ ἔκαμον μεταθέων μόσχους ἀρτιγεννήτους· ἀλλὰ τοῦτο ποικίλον τι χρῆμα ἦν καὶ ἀθήρατον.
p. 34. Καμὼν οὖν, ὡς γέρων, καὶ ἐπερεισάμενος τῇ βακτηρίᾳ, καὶ ἅμα φυλάττων, μὴ φύγῃ, ἐπυνθανόμην, τίνος ἕνεκα τῶν γειτόνων· καὶ τί βουλόμενος ἀλλότριον κῆπον τρυγᾷ; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν, ὡς δὲ πλησίον ἐγέλασε πάνυ ἁπαλόν,[15]) καὶ

[12]) Μήκωσιν ὑποκρυπτόμενος] Sub papaueribus latens; niſi quis μύκωσιν legendum eſſe exiſtimet: eſt enim μύκωσις, teſte *Heſychio*, idem quod θυμών, ſiue σωρός, aceruus palearum, aut aliarum rerum.

IDEM.

V. Μύκωσιν. COLVMB.

[13]) Ὥσπερ πέρδικος νεοττός] Quemadmodum perdicis pullus. Videtur alludere Auctor ad etymon huius auis, quae nomen habet a πηδᾶν, quod ſaltet e loco in locum. Huius pulli admodum ſunt pernices agilesque. Imo ſimul ac nati et excluſi ſunt, inox educente in agros parente, gradiuntur, atque plumis obueſtiti, ſibimet cibum capiunt. *Mantuanus*:

Sedula per ſtipulas tenera cum prole coturnix
Paſcitur, et magno natorum examine perdix.

Niſi putemus *Longum* reſpexiſſe ad dolum et calliditatem auis, cuius inſimulatur. Graecis in prouerbio eſt: πέρδικος πούς, ſiue πέρδικος σκέλος, perdicis pes, perdicis tibia. Quod adagium ad dolos et vafritiem ſpectat, cum videlicet ſubdolo quempiam ingenio hac progreſſum ſperat: ille tamen e veſtigio alia ſe proripit,

luti comprehensurus, veritus, ne prae insolentia malos punicas vitesque frangeret. At ille celeriter, et sine vllo negotio, me effugit, nunc subeundo rosaria, nunc sese papaueribus instar perdicis pulli, abscondendo. Quamquam saepe occupatus fui lactentes persequendo haedos, saepe me defatigaui cursu insequendo recens natos vitulos: sed hoc varium quid erat, capique nequibat. Defatigatus igitur, vt pote aetate grauis baculoque suffultus, vnaque obseruans, ne elaberetur, cuiusnam esset vicini puer, et quidnam sibi vellet, decerpendo alienum hortum,

ripit, atque ita vacillatione spectantium spem eludit, vt iter eius, aut rerum progressus, euentumque nunquam possis certa coniectura comprehendere. De perdice ita D. *Eustath.* in Hexaem. Δολερὸν ὁ πέρδιξ, καὶ ζηλότυπον, καὶ κακοῦργον, συμπράττον τοῖς θηρευταῖς πρὸς τὴν ἄγραν etc. Perdix dolo, obtrectationi et malitiae, seruit, cum ipsis venantibus auxilio sit. Spina et frutice, referente *Plinio*, sic muniunt receptaculum, vt contra feras abunde vallentur. Ouis stragulum molli puluere contumulant, nec, in quo loco peperere, incubant, neue, cui frequentior conuersatio sit suspecta, alio transferunt. Vnde et *Aristophani* fictum verbum in Auibus ἐκπερδικίζειν, id est, astute elabi, periculumque vitare. Ad id verb. *Schol.* οἱ δὲ περδικες πανοῦργοι ὄντες ὕπτιοι γενόμενοι καὶ ἐπιβάλλοντες ἑαυτοῖς κάρφη, paulo ante, οὕτως ἐπικαλύπτεσι καὶ ἐκκλίνουσι scil. τὸν κίνδυνον. Porro de auis huius astutia consule *Plinium* libr. 10. c. 33.

MOLLVS.

14) Πρᾶγμα] N. et V. πράγματα. P.

COLVMB.

15) Εγέλα πάνυ ἁπαλὸν] Eodem significatu hoc ipsum aduer-

καὶ ἔβαλλέ με τοῖς μύρτοις,[16]) καὶ ἐκ οἶδ' ὅπως ἔθελγε μηκέτι θυμᾶσθαι. Εδεόμην ἓν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν,[17]) μηδὲν φοβέμενον ἔτι, καὶ ὤμυον κατὰ τῶν μύρτων ἀφήσειν, ἐπιδὲς μήλων καὶ ῥοιῶν, παρέξειν τε ἀεὶ τρυγᾶν τὰ φυτὰ καὶ δρέπειν τὰ ἄνθη, τυχὼν παρὰ αὐτῆ φιλήματος ἑνός. Ενταῦθα πάνυ καπυρὸν γελάσας,[18]) ἀφίησι

aduerbialiter ab *Homero* etiam vſurpatur, Odyſſ. ξ. cum *Vlyſſes* dicit:

— οἶνος γὰρ ἀνώγει
καὶθ' ἅπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,

Vinum enim iubet, et leniter, ſine molliter ridere, et ſaltare impellit.

MOLLVS.

16) Καὶ ἔβαλλέ με τοῖς μύρτοις] *Petebat me myrti baccis.* Μύρτος foem. idem ac μυρσίνη, hoc eſt, arbor, myrtus dicta. *Alcaeus*, ἐν μύρτῳ κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω. At τὸ μύρτον, fructus myrti, i. e. bacca myrti, idque plerumque plurali num. *Plat.* 2. Polit. loquens de bellariis ſuorum ciuium: καὶ μύρτα, καὶ φήγες σποδιᾶσι πρὸς τὸ πῦρ. Ad ignem ſub cinere fagi glandes, et myrti baccas torrebunt. Apte et decore dicitur Cupido illum myrti baccis petere: quippe myrtus ſacra Veneri eſt, vt aeſculus Ioui. Hinc *Gellius* libr. 5. c. 6. myrtum appellat frondem Veneris. *Lucianus* horti faciens Veneris mentionem, ait: περιττόγε μὴν ἡ πυκνόκαρπος ἐτεθήλει μυρσίνη παρὰ τὴν δέσποιναν αὐτῆς. Abunde vero denſa fructu myrtus, apud dominam ſuam (Venerem) pullulauerat.

IDEM.

17) Εδεόμην ἐν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν] *Rogabam igitur, vt ad manus veniret.* Εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Genus dicendi eſt, quod proprie rem militarem ſpectat, vt videre eſt apud *Thucyd. Xenoph.* caeterosque Hiſtoricos. Quod Latini dicunt, manus conſerere, congredi, confligere, et ad manus venire. Verum

quaerebam? Ne gry quidem ille reſpondit: at prope adſtans molliter riſit, petens me myrti baccis, meque demulcens, neſcio quomodo, quominus ira efferueſcerem. Rogabam itaque illum, vt, omiſſo metu, propius accederet, coramque ageret, iurans per myrtos me illum dimiſſurum, addito per mala atque granata, me praebiturum ſemper vindemian-

rum phraſis illa hoc loco illam ſignificationem non recipit: ſed potius εἰς ὁμιλίαν, καὶ δεξίωσιν φιλικὴν ἐλθεῖν. Nam in congreſſu ſymbolum beneuolentiae eſt, manus porrigere. Sicuti etiam εἰς χεῖρας ἰόντα apud *Thucyd.* vſurpari Scholiaſtes adnotauit. Vt et apud *Polyb.* μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας τῷ Σωσιβίῳ διὰ τὰς ἵππους. Hic ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας, *Cum in ſermonem, ſeu colloquium, veniſſet.* IDEM.

18) Καπυρὸν γελάσας] *In magnum effuſus riſum.* Eſt enim καπυρὸς, vehemens, magnus. Sic *Theocrito* dicitur καπυρὰ νόσος, Idyll. 2. v. 85. poet. amor vehemens, qui morbi ardentis inſtar corpus paulatim abſumit. Alias torridus, vt ſit a καίω et πῦρ. *Euſtath.* dicit eſſe compoſitum ἐκ τῆ καίειν καὶ πυρῶν. Apud *Theocr.* Idyll. 6. v. 16. Ταὶ καπυραὶ χῶται. Latinus interpres vertit: *Rufae comae.* Graecus: Αἱ κεκαυμέναι ὑπὸ τῆ ἡλίᾳ διὰ τὴν θερμότητα, a ſole ob calorem aduſtae. Καπυρὸς exponitur ab *Heſychio* καπύων ἐκπνέων, quo ferme modo hoc loco a noſtro ſumitur; et in Epigrammate:

Καὶ καπυρὸν γελάσας παρεμείβετο,

vt proprie ſit magno cum cachinno veluti efflans riſum. *Lucian.* in deor. dial. Pa. et Mer. μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν. *Muſicus enim ſum, et fiſtula prorſus ſtridulum cano.* IDEM.

Amat, vt dixi, noſter cum Theo-

ηαι φωνὴν, οἵαν ἔτε χελιδὼν, ἔτε ἀηδὼν, [19]) ἔτε κύκνος, ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. [20]) Ἐμοὶ μὲν, ὦ φιλητᾶ, φιλῆσαί σε πόνος ἐδεής. βέλομαι γὰρ φιλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ σὺ γενέσθαι

Theocrito loqui. Hic enim Idyll. VII, 37. Καὶ γὰρ ἐγὼ μοισᾶν καπυρὸν σόμα, vbi ſcholion in Mſ. vet. λαμπρὸν, ἡδὺ, μεταφορικῶς. Τὰ γὰρ ἔξοπτα τῶν ἐδεσμάτων ἡδύνει τὴν γεῦσιν. Καπυρὸς enim, vt *Euſtathius* ad Iliad. δ'. et Il. π'. ἀπὸ τῦ καίειν et πυρᾶν dicitur, qualia alia plurima pari modo ἐκταυτοσήμων λέξεων συγκείμενα recenſet idem Enarrator ad init. Iliad. δ'. Adſerunt et ex *Epigrammate*: Καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβει. Certe hoc verbum non ſemper *igneum* vel *aridum* quid ſignificare patet ex loco noſtri Longi et ſcholio illo mſ Theocr. quibus addo locum *Luciani*, vbi omnino ſuaue et iucundum denotat. (*Vid. not. ſuper.* B.)

IVNGERM.

Duplicis naturae, eiuſdem tamen ſoni, vocabulum eſt. Alterum componitur, vt legiſti, ex καίειν et πυρᾶν, cuius vim vides in *Theocr.* II, 85 et VI, 16. Alterum, quod ad nos pertinet ac VII. *Theocr.* v. 37. deſcendit ab antiquo verbo κάπω, pro quo repoſuit vſus κάπτω, *os aperio ad aerem captandum*, vulgatius κάπτω, *edo auidiuscule*. Dicitur inde reſpiratio vehementior κάπος et κάπυς, quod interpretatur *Heſychius* πνεῦμα, κῆπος. Ex illo κάπυς fit καπυρὸς, *Heſych.* καπύσσων, ἐκπνέων. Optime redditur hoc loco πάνυ καπυρὸν γελᾶν, *in cachinnos effundi, ridere immoderatius, non ſine magna reſpiratione, toto corde.*

BODEN.

[19]) Ἀηδὼν] Luſcinia, dicta Graecis ab ἀείδω, cano, quia auicula haec canora eſt. Alii deriuant ab ἀεὶ et ᾄδω, quod propemodum ſine intermiſſione canat, vbi inceperit. Latinis luſcinia, quod lugens canat, vel potius quod ante

das vites, floresque decerpendos, vnico duntaxat potitum osculo. Hic in cachinnos effusus, emittit vocem, qualem neque hirundo, neque luscinia, neque par mihi aetate cygnus. Non est, inquit, Phileta, mi-

hi ante lucem canat. Huius cantum praeter *Plinium*, *Homerum*, *Auctor Philomelae* insigniter extulit, ita canens:

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Inter aues etenim nulla tibi similis;
Tu philomela potes vocum discrimina mille,
Mille potes varios ipsa referre sonos.
Nam quamuis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis aequiualere tuis.
Insuper est animum spatiis garrire diurnis;
Tu cantare simul nocte dieque potes.

Quamobrem dicitur ab *Eustathio* in comment. in Hexaem. vbi de luscinia agit: καὶ ἔστιν ἄγρυπνον τῇ μελῳδίᾳ σχολάσασα. *et insomnis modulatum edit sonum.*

MOLLVS.

20) Οὔτε κύκνος ὅμοιος ἐμοὶ ἡβῶν γενόμενος] Neque par mihi aetate cygnus. Κύκνος grammaticis dicitur ἀπὸ τῆς κυκῶν πλέον τῶν ἄλλων τὴν ἰλὺν ἐπὶ ἀναψηλαφήσει τροφῆς, quod plus caeteris immisceat limi in cibis indagandis. Veteres non poetae duntaxat, sed etiam oratores, fabulati sunt, cygnos, aetate confectos canere cantum suauissimum. Vnde *Auson.*

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator, cygnus, funeris ipse sui.

Et *Ouid.*

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis,
Ad vada Macandri concinit albus olor.

Pausanias etiam in Atticis scribit, esse κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξαν. *Cic.* in fin. 6. Tusc. Vt cygni praeuidentes, quid in morte boni sit, cum cantu, et voluptate moriuntur, sic omnibus, et bonis, et doctis est faciendum. Hinc cygnea dicitur

θαι νέος· ὅρα δὲ, εἰ σαι καθ' ἡλικίαν τὸ δῶρον. ἐδὲν γάρ σε ὠφελήσει τὸ γῆρας, πρὸς τὸ μὴ διώκειν ἐμὲ μετὰ τὸ ἓν φίλημα. Δυσθήρατος ἐγὼ καὶ ἱέρακι [21]) καὶ ἀετῷ, [22]) καὶ εἴ τις ἄλλος
p. 35. τάχων ὠκύτερος ὄρνις. Οὗτοι παῖς ἐγὼ, καὶ εἰ δοκῶ παῖς, [23]) ἀλλὰ τῷ Κρόνῳ πρεσβύτερος, καὶ αὐτοῦ

citur cantio, quicquid vel in eloquentia, vel doctrina alicuius senis sedatum, suaue et elaboratum esse videatur. *Lucianus* in praefat. sua, quae inscribitur περὶ τῆς ἡλίκης, ἢ τῶν κύκνων, totum esse figmentum, quod de cygnorum narratur cantione, ait: cui etiam quotidiana adstipulatur experientia. Scribit et eiusmodi cantum fabulosum esse *Iul. Scaliger* in Cardanum inuectus, cum inquit: De Cygni vero cantu suauissimo, quem cum mendaciorum parente Graecia iactare ausus es, ad Luciani tribunal, apud quem aliquid noui dicas, statuo te. Apud *Athen.* libr. 9. p. m 393. *Alexander Myndius* dicit: πολλοῖς κύκνους τελευτῶσι παρακολαθήσας, ἐκ ἀκῆσαι ᾄδοντων, se moribundos plures prosecutum cantum nullum audiuisse. IDEM.

[21]) Δυσθήρατος ἐγὼ καὶ ἱέρακι] *Sum difficilis captu etiam accipitri.* Ἱεραξ, ἀπὸ τῆς ἱέσθαι ἐξόν, a celeritate volatus; vel ἀπὸ τῆς ἵεσθαι, ἤγουν φέρεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ἐξαδίως. Sunt, qui malunt dictam ab ἱερὸς, sanctus, quia Marti sacer, vtpote pugnax. *Aristophani* vocatur παντόφθαλμος, quia eximia oculorum acie praeditus. *Hesiodo* a pernicitate ὠκυπέτης, *Homero*, ὠκύπτερος dicitur. Latinis ab accipiendo, eius rapacitatem indigitantibus. IDEM.

Posset et hic esse sensus: Capi non possum, et sum pernicior, vel pernicitate vinco accipitrem, aquilam et alias aues. Quomodo tamen esset legendum: Δυσθήρατος ἐγὼ καὶ ἱέρακι, καὶ ἀετῷ

hi in difficili, figere tibi oſculum: malo etenim oſculari, quam tu iuueneſcere. At vide, num hoc munus tuae conueniat aetati. Nihil enim tua tibi proderit aetas, quominus me aſſecteris, vel vnicum poſt oſculum. Non accipiter, non aquila, venando capere, et ſi quis ales hiſce pernicior, me potis eſt. Puer non

 ſum,

ἀϊτῷ καὶ εἴ τις ἄλλος ὄρνις, τάτων ὠκύτερος. Verum, quod fui interpretatus, melius placet. IVNGERM.

22) Καὶ ἀϊτῷ] Ἀετὸς, aquila, ab α intenſ. et ἔτος, quod viuax, vnde prouerb. *Aquilae ſenecta;* auis pernix rapaxque, quae praecipue lepores et cygnos, item anſeres, venando infeſtare dicitur, quod notat *Maro* libr. Aeneid. 9.

Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Suſtulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.
MOLLVS.

23) Οὗτοι πᾶις ἐγὼ, ἀλλὰ τῷ κρόνῳ πρεσβύτερος] Puer non ſum, ſed Saturno antiquior. *Lucian.* in Dial. *Cupid.* et *Iouis.* σὺ παιδίον, ὦ ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τῷ ἰαπετῷ; Tune puer es, Cupido, qui es Iapeto longe antiquior? *Plut.* in Erotico. Διὸ Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν ἔρωτα τῶν ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον, ἐν τῇ κοσμογονίᾳ γράφων:

Πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

Ησίοδος δὲ φυσικώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιεῖν ἔρωτα πάντων πρεσβύτατον, ἵνα πάντα δι' ἐκεῖνον μετάσχῃ γενέσεως. Itaque *Parmenides* Amorem oſtendit Veneris operum eſſe antiquiſſimum, in libr. de ortu mundi, ſic ſcribens:

Ante omnes alios ſuperos generauit Amorem.

Heſiodus autem naturae congruentius mihi conſtituere videtur Amorem omnium antiquiſſimum, vt per eum omnia naſcantur. *Lucian.* in amoribus: Μόνον ἡμῖν, σὺ δαῖμον ἥβαινε, καιρὸς παράσηθι, φιλίας εὐγνώμων, ἱεροφάντα μυστηρίων ἔρως, ἐκ κακὸν νήπιον, ὁποῖα ζωγράφων παίζω-

τοῦ τοῦ παντὸς χρόνου.[24]) καί σε οἶδα νέμοντα πρωθήβην[25]) ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔλει τὸ πλατὺ βακόλιον·[26]) καὶ παρήμην σοι συρίττοντι πρὸς ταῖς φηγοῖς ἐκείναις ἡνίκα ἥρας Ἀμαρυλλίδος, ἀλλά με ἐχ ἑώρας, καίτοι πλησίον μάλα τῇ κόρῃ παρεστῶτα. σοὶ μὲν ἓν ἐκείνην ἔδωκα, καὶ ἤδη σοι παῖδες ἀγαθοὶ βακόλοι καὶ γεωργοί. Νῦν δὲ Δάφνιν ποιμαίνω καὶ Χλόην, καὶ ἡνίκα ἂν αὐτὰς εἰς ἓν συνάγω τὸ ἑωθινὸν, εἰς τὸν σὸν ἔρχομαι κῆπον, καὶ τέρπομαι τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ ταῖς πηγαῖς ταύταις λέομαι. διὰ τοῦτο καλὰ καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ

παίζεσι χεῖρες, ἀλλ' ἐν ᾗ πρωτίστερος ἐγίνησεν ἀρχὴ, τέλειον εὐθὺ τιχθέντα. Tu modo nobis, aetherie Deus, in tempore aſſiſte, amicitiae ſautor, et arcanorum ſacerdos Cupido, nequaquam prauus infans, qualem pictorum manus iocando fingunt, ſed quem primario ſemine principium creauit, perfectum protinus editum. Sentit tamen aliter *Agatho*, qui apud *Platonem* in ſympoſio, cum Phaedro, de ipſo Amore ſubtiliter diſputat, ita diſſerens: Ἐγὼ δὲ φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ ὡς ἔρως κρόνου καὶ ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστι, ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. De multis aliis cum Phaedro conſentiens, de hoc ipſi non aſſentior, videlicet Amorem Saturno atque Iapeto eſſe antiquiorem; ſed dico illum omnium deorum natu minimum, atque ſemper eſſe iuuenem.

IDEM.

Alludit fortaſſe ad *Empedoclis*, *Parmenidis* et aliorum opinionem, amorem et amicitiam antiquiſſimos eſſe, quod ex eis omnia generationem nacti ſint, vt refert *Simplicius* in *Ariſt.* Phyſ. et *Plut.* in Erotico.

COLVMB.

24) Καὶ αὐτῷ παντὸς τοῦ χρόνου] Negabat hoc olim Peri-

ſum, quamuis videar; ſed ipſo Saturno, omni et quouis tempore, antiquior. Noui te adoleſcentulum late paluſtribus in locis diffuſum paſcentem armentum. Aderam tibi fiſtula canenti prope fagos illas, quando Amaryllidem amabas: at me non videbas, quantumuis puellae adſtantem prope admodum. Illam itaque tibi dedi: atque etiamnum tibi ſunt pueri, boni bubulci agricolaeque. Nunc curam gero Daphnidis atque Chloes, et tempore matutino, in vnum illis coactis, hortum intro, meque floribus plantisque oblecto, fontibusque in hisce lauor. Ob hoc flo-

res

Periander, qui rogatus, quid antiquiſſimum? reſpondebat, χρόνος, tempus.

MOLLVS.

25) Προθήβην] Malo πρωθήβην. Eſt vero πρωθήβης, teſte *Heſychio*, ἀρτίως ἀκμάζων, qui primos pubertatis annos attigit, nunc primum pubeſcens. Hom. Il. Υ. 518.

Παῖδας πρωθήβας, πολιοκροτάφους τε γέροντας,

Pueros pubeſcentes, et temporibus canos ſenes.

Auctor Scholiorum breuium: Παῖδας πρωθήβας, πρώτως ἡβῶντας, νέους τὰς ὄντας, ἀπὸ τῆς ἀκμῆς, ὅ ἐστιν ἡλικίας.

IDEM.

In omnes editiones irrepſerat προθήβην. Legebatur in ipſo *Heſychio*, quem *Schreuelius* dederat, vt et in Lexicis nonnullis, προθήβης. Sed ad mentem *Camerarii*, *Salmaſii* ipſiusque *Molli* emendaui πρωθήβην. Sunt et apud *Homerum* Od. Θ 263. Κῆροι πρωθήβαι, et ά, 431. Fuerat quidem in *Pollucis* Onomaſt. L. II. Sect. 9. itidem προθήβης in pr. edit. ſed et hic mutatum reperis cura *Seberi* in πρωθήβης.

BODEN.

26) Τὸ πλατὺ βουκόλιον] Armentum late diffuſum. Greges dicuntur Graecis πλατεῖς, hoc eſt, ampli, late diffuſi, ſiue late palantes. Il. β. αἰπόλια πλατέα αἰγῶν,

τὰ φυτὰ, τοῖς ἐμοῖς λατρεῖς ἀρδόμενα. ὅρα δὲ μή τί σοι τῶν φυτῶν κατακέκλασται, μή τις ὀπώρας τετρύγηται, μή τις ἄνθος ῥίζα πεπάτηται, μή τις πηγὴ τετάρακται. Καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ θεασάμενος τῦτο τὸ παιδίον. [27]) Ταῦτα εἰπὼν, ἀνήλατο καθάπερ ἀηδόνος νεοττὸς ἐπὶ τὰς μυρσίνας, καὶ κλάδον ἀμείβων ἐκ κλάδε,
p. 36. διὰ τῶν φύλλων ἀνέῤῥηπεν εἰς ἄκρον. Εἶδον αὐτοῦ καὶ πτέρυγας [28]) ἐκ τῶν ὤμων καὶ τοξάρια μετα-

ξὺ

γῶν, greges *late diffusi caprarum*. Potuisset etiam πλατὺ βακόλιον verti, *magnum armentum*: ὅτι ἐν διεσήμασι μεγάλῳ, καὶ πλατῶ νομῷ νέμεται, quod in spatioso, et lato agro pascatur. Estque βακόλιον, τὸ τῶν βοῶν πλῆθος, vt ἱπποφόρβιον, τὸ τῶν ἵππων· ποίμνιον, τῶν προβάτων· συβόσιον, τῶν χοίρων.

MOLLVS.

[27]) Καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ τῦτο τὸ παιδίον] Addatur θεασάμενος, et laetare, qui solus mortalium in senectute hunc vidisti puerulum. Nisi quis ita malit vertere: Et solus mortalium laetare hocce puerulo. Quippe verbum χαίρω cum accusatiuo iunctum inuenitur. *Aristot.* in *Rhetor.* χαίρω τὴν ἡδονὴν, afficior quadam voluptate. Apud *Demosth.* Ταυτὰ χαίρειν, pro ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. At prius malo.

IDEM.

V. Γήρᾳ θεασάμενος τῦτο.

P. COLVMB.

Quum Vrsini codex, ipso adprobante, *Iungermano*, *Mollo*, *Doruillioque* ad *Charit.* Libr. II. cap. 9. suffragantibus, in sinum textus receperit, nullus dubitaui et ipse textui inserere. Aperte hoc verbum deficit, vel ἰδὼν, vt Charitonis interpres vna coniicit, pluribus eiusdem generis defectibus notatis. Potes etiam hunc locum cum primis editionibus interpungere alio modo, sensumque non alienum elicere. Καὶ χαῖρε μόνος

res illi, plantaeque sunt venustae, vtpote meis lauacris irrigatae. Vide num quae planta tibi sit fracta, num quod pomum decerptum, num quae floris radix conculcata, denique num fons quis turbatus siet. Ac toto laetare pectore, qui solus mortalium in senectute hunc puerulum vidisti. His dictis, instar pulli luscíniae Myrtis insiliit, et ramum ramo mutando, sursum per frondem in cacumen nitebatur. Vidi illius alas humeris enatas, arculosque

νος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ. Τῦτο τὸ παιδίον ταῦτα εἰπὼν κ. τ. λ. *Tu vero gaude in senectute mortalium solus. Quibus dictis puerulus iste tamquam pullus luscíniae myrtis insiliuit.* Idem vidit Interpres Teutonicus: *Als der Knabe dieses gesagt hatte, hüpfte er als eine junge Nachtigall auf die Myrten.* Notes tamen σύνθεσιν hoc loco accipi debere, vt genus magis ad sensum, quam ad verba respiciat, vt *Io.* XV, 26. ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ τῆς ἀληθείας, ΕΚΕΙΝΟΣ μαρτυρήσει. et *Gal.* IV, 19. ΤΕΚΝΙΑ μΟΥΣ πάλιν ὠδίνω. it. *Gen.* III, 15. vbi σπέρμα praecesserat, sequitur αὐτὸς, simili generis διυπερώσει. BODEN.

28) Εἶδον αὐτῷ καὶ πτέρυγας.] *Vidi etiam illius alas.* Vbique alatum Cupidinem faciunt poetae, vt et *Socrates* apud *Platonem* in Phaedro, vbi de amore hunc citat versum:

Τὸν δ' ἥτοι θνητοὶ μὲν ἔρωτα καλῦσι πτηνόν.

Mortales Amorem vocant alatum.

Rationem eius addit *Heliodorus* libr. 4. *Aethiop.* ἀπ οἶδα ὅτι καὶ ἔρωτα πτερῦσιν οἱ γράφοντες, τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτῷ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι. An nescis, quod Amorem etiam alatum faciunt pictores: agilitatem illorum, qui eo detinentur, quasi aenigmate quodam significantes?

MOLLVS.

29) Καὶ

ζὺ πτερύγων [29]) καὶ τῶν ὤμων, καὶ ἐκέτι εἶδον ὅτε ταῦτα, ὅτε αὐτόν. Εἰ δὲ μὴ [30]) μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα, μηδὲ γηράσας ματαιοτέρας τὰς φρένας ἐκτησάμην, ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατέσπεισθε, καὶ ἔρωτι ὑμῶν μέλει."

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Πάνυ ἐτέρφθησαν ὥσπερ μῦθον, ἢ λόγον, ἀκούοντες, καὶ ἐπυνθάνοντο· τί ἐστί ποτε ὁ ἔρως, πότερα, παῖς, ἢ ὄρνις, καὶ τί δύναται; Πάλιν ἦν [1]) ὁ φιλητὰς ἔφη· „Θεός ἐστιν, ὦ παῖδες, ὁ ἔρως· νέος, καὶ καλὸς, [2]) καὶ πετόμενος· διὰ τοῦτο καὶ νεότητι χαίρει, [3]) κάλλος διώκει, καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ. [4]) Δύναται δὲ τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ὁ ζεύς.

[29]) Καὶ τοξάρια μεταξὺ πτερύγων] *Et arculos sub alis.* Sine dubio allusit *Longus* ad illud *Chaeremonis Tragici* apud *Athen.* qui duos Cupidini dat arcus, quando ait:

Δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐτανύσθη,
Χαρίτων τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.

Duos arcus illum tendere,
Alterum gratiarum, prosperaque fortuna,
Alterum doloris, quo vita permiscetur hominum.

Euripid. in *Aulid.*

Δίδυμ' ἔρως χρυσοκόμας
Τέξ' ἐντείνεται, χαρίτων,
Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.

Cupido auricomus geminos
Arcus intendit, Gratiarum
Unum quidem ad facilem vitam,
Alterum vero vitae ad confusionem.

IDEM.

[30]) Μὴ] Male in Commeliniana legebatur μὶ, quod

que inter alas humerosque medios: at deinde non vidi illa, neque illum amplius. Ac nisi frustra hosce produxi canos, atque senescens magis atque magis deliro, vos pueri, cupidini dicati, cupidinique curae estis.

CAPVT IV.

Omnino delectati sunt, tanquam fabulam, non vetam enarrationem, audiendo, quaerentes, quidnam rei esset Cupido? vtrum puer, an auis, et qua polleat virtute? Iterum ad haec Philetas: Deus est, o pueri, hicce Cupido, iuuenis, alatus atque formosus: ob hoc gaudet iuuenta, pulchritudinem sectatur, atque animos cupiditate accendit: tantum potest,

quod pro sphalmate habendum. BODEN.

1) Οὖν] N. Νῦν. COLVMB.

2) Καλὸς] Οὗτο ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, ἔρως πρῶτον αὐτὸς ὢν κάλλιστος, καὶ ἄριστος. Ita mihi videtur, o Phaedre, ipse Amor primum pulcerrimus, primusque esse. MOLLVS.

3) Καὶ νεότητι χαίρει] *Quare iuuenta gaudet. Plato* sub persona Agathonis de Amore loquens, inquit: μετὰ δὲ νέων αἰεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ αἰεὶ πελάζει. Semper se iuuenibus miscet. Scite quidem veteri prouerbio fertur: simile semper simili haerere. IDEM.

4) Καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ] *Animis alas addit.* Sed metaphorice ἀναπτερόω, excito quempiam ad aliquid agendum, aut ad rei alicuius desiderium, instigo, animum addo, in spem erigo; et in eo significatu hic commode accipi potest. *Aristoph.* in auibus: Λέγων ἀνεπτέρωκεν, lege ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ'

ζεύς.5) κρατεῖ μὲν στοιχείων· κρατεῖ δὲ ἄστρων· κρατεῖ δὲ τῶν ὁμοίων θεῶν· ἀδὲ ὑμεῖς τοσοῦτον τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων. Τὰ ἄνθη πάντα ἔρωτος ἔργα· τὰ φυτὰ ταῦτα τέτε ποιήματα.6) διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, καὶ ἄνεμοι πνέουσιν. Εγνων δὲ ἐγὼ καὶ ταῦρον ἐραθέντα καὶ ὡς οἴστρῳ πληγεὶς ἐμυκᾶτο· καὶ τράγον φιλήσαντα αἶγα,
p. 37. καὶ ἠκολέθει πανταχῆ. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἤμην νέος, καὶ ἠράθην Αμαρυλλίδος· καὶ ὅτε τροφῆς ἐμεμνήμην, ὅτε ποτὸν προσεφερόμην, ὅτε ὕπνον ᾑρέμην.7) Ηλγεν τὴν ψυχήν· τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην·

ἄδ' ἱππηλατῶν. *Alas loquendo affixit, vt iam gestiat equitare.* Erasm. *Meum incendit adolescentulum ad cupiditatem equorum.*

IDEM.

5) Δύναται δὲ τοσοῦτον ὅσον οὐδὲ ὁ ζεὺς] *Tantum pollet, quantum ne ipse quidem Iupiter.* *Lucian.* in dial. Iun. et Iou. Ο δὲ ἔρως βίαιόν τί ἐστιν, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνων ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε. Est autem amor violentum quiddam, neque solis hominibus, sed etiam nobis ipsis interdum imperat. Ad eundem ferme modum *Achilles Tat.* vt noster, loquitur libr. I. C. II. Αρχει βρότος ἀέρος καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, Infans ille caelo, terrae et mari imperet. *Menand.*

Δέσποιν', ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεὺς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντα ἀναγκαθεὶς ποιεῖ.

Hera, nihil est amore valentius:
Ne ipse quidem, qui in caelo Diis imperat, Iupiter, sed eo vrgente nihil non facit.

Atque alio loco:

— ἔρως δὲ τῶν θεῶν
ἰσχὺν ἔχων πλείστην,
— *Amor inter Deos*
Potentissimus est.

IDEM.

Adde

poteſt, quantum ne quidem ipſe Iupiter. Dominatur elementis, imperat aſtris, inque Deos ſibi pares imperium obtinet. Neque vos tantum imperii in capras ouesque habetis. Omnes flores ope cupidinis proueniunt. Hae plantae illius opera natae, huius beneficio et flumina labuntur, et venti ſpirant. Memini taurum amore correptum atque veluti oeſtro percitum mugiiſſe, hircum caprae amore captum illam vbique fuiſſe inſecutum. Egomet ipſe iuuenis fui, et amaui Amaryllidem. Ne quidem de cibo cogitabam, non capiebam ſomnum: animo dolebam:

Adde illud *Heliodori* L. IV. Μέγιστος θεῶν ὁ ἔρως, καὶ ἤδη καὶ θεῶν αὐτῶν ποτὲ κρατῶν λεγόμενος. Hinc *Agapetus* in ſcheda regia ἐρωτας vocat πανδαμάτορας cap. 68. Cf. *Stobaeum* ſerm. 61 et 62. *Luciani* illum *Tatii*que locum ante *Mollum* excitauerat *Columbanius*.

BODEN.

5) Ποιήματα] Verti *fabricas*, qua voce *Plinius* L. XXXIV, c. 14. de ferro vtitur. Notum non refugere hanc formam optimos auctores. Sic (vt ne exſcribam, quae *Gifan.* Ind. Lucret. in Diſpoſitura et Preſſura) Curuatura apud *Lactant.* de opif. c. 10. Flatura *Arnob.* L. I. Genitura, *Arnob.* ib. Flexura *Sen.* epiſt. 71. Preſſura *Lact.* L. IV. c. 26. et L. VIII, c. 17. caet.

IVNGERM.

7) Οὔτε ὕπνον ἡρούμην] *Neque ſomnum capiebam. Charinus* in prologo mercat. reliquas inter aerumnas tribuit et amanti inſomniam. Sed amori etiam haec, quae diximus, accedunt: Inſomnia, aerumnae, error, terror, etc. *Terent.* in Eunuch. Nam aut iam reuertere, aut mox noctu horſum te adiget inſomnia. Clitophon apud *Achill. Tatium* libr. I. c. 6. et 9. idem teſtatur: ὡς δὲ εἰς τὸ δωμά-

λόμην· 8) τὸ σῶμα ἐψυχόμην ἐβόων ὡς παιόμενος· ἐσιώπων ὡς νεκρόμενος· εἰς ποταμὸς ἐνέβαινον ὡς καιόμενος· 9) ἐκάλεν τὸν Πᾶνα βοηθὸν, 10) ὡς καὶ αὐτὸν τῆς πίτυος ἐρασθέντα· 11) ἐπήνουν τὴν ἠχώ,

τιον παρῆλθον, ἔνθα μοι καθεύδειν ἔθος ἦν, ὅτε ὕπνῳ τυχεῖν ἐδυνάμην. Vt vero intra cubiculum me recepi, in quo cubare conſueueram, ſomnum nulla ratione capere quiui. Addita hac ratione: Τὰ γὰρ τῆς ψυχῆς τραύματα, μὴ κινουμένῳ τῷ σώματος, πολὺ μᾶλλον ἰσχύει. Vulnera quippe animi, quieſcente corpore, maiore dolore cruciantur. Quemadmodum hic Philetas, ita et apud *Plautum* adoleſcens Alceſimarchus in *Ciſtell.* II. 1. enarrat animi cruciabilitates, ita de iis conquerens: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foris quaeram, qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus animi: iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer, exanimor, feror, diſſeror, diſtrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo: vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus. Ita mihi omnia ingenia ſunt. Quod lubet, non lubet id iam continuo. Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur. Quod dat, non dat, deludit. Modo quod ſuaſit, diſſuaſit: quod diſſuaſit, id oſtentat etc.

MOLLVS.

8) Τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην] Contremiſcebam corde. *Plut.* in Cic. καὶ μόλις ἐπάυετο παλλόμενος, vix deſinebat contremiſcere. Alias apud probatos auctores ἡ καρδία dicitur πάλλειν neutraliter, pro palpitare praeformidine. Quod *Plautus* vocat, ludicram artem facere in *Aulular.* continuo meum cor coepit artem facere ludicrám.

IDEM.

Supra

bam: corde contremiſcebam: corpus ſuo deſtituebatur colore: vociferabar tanquam vapulans: tacebam veluti emortuus: flumina ingrediebar haut ſecus, quam ardore inflammatus. Implorabam Panis auxi-

L 2

Supra Daphnis eodem adfectu motus dixerat: ἐκπηδᾷ μὲ τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχή. *Muſaeus* ψ. 97. Ετρεμε μὲν καρδίη. BODEN.

9) Καιόμενος] In quibusdam legitur καόμενος. Neque hoc male. Habetur καόμενος apud *Xenophontem* et *Lucianum*. IDEM.

10) Ἐκάλεον τὸν πᾶνα βοηθὸν] *Implorabam Panis auxilium*. Recte. Pan etenim paſtorum Numen eſt. Fingitur, eſſe ſemicaper ſiue capripes, et hirci modo libidinoſus. Hinc veteres πᾶνας dixere, τὰς στρεβάζοντας περὶ τὰς συνουσίας, nimium in Venerem propenſos. MOLLVS.

11) Ὡς καὶ αὐτὸν τῆς πίτυος ἐραθέντα] *Vt qui et ipſe olim Pinum deperierat*. *Egnatius* hanc fabulam ſuis in racemationibus ex Graeco nobis latinam dedit. c. 16. Pityn puellam Pan, et Boreas adamabant, dari ſibi ſemicaper Deus, dari ſibi Thrax inſtabat Boreas. Puella Pana Boreae praetulit. Boreas impatiens, nactus ſolam ſpatioſo in campo, ſolo allidit. Moribundam eam tellus intra gremium exceptam in arborem mutat cognominem, ex cuius poſtea ramis praecinctus ſemper ſpectatur Arcas Deus. *Propert.*

Arcadio pinus amata Deo.

IDEM.

Πίτυος ἐραθέντα. Pan amauit pinum: amauit pariter et Boreas, qui ſe poſtferri Pani videns, in ſaxa proiectam puellam interfecit, cuius miſerta terra in arborem cognominem mutauit. Eius rami Pani in coronas ſolemnes fuere poſtea. Qui inde puto, πιτύσιπτος: Vt *Suid.* in πίτυς, *Propert.* 1. Eleg. 18. —

Vbi

ἠχὼ,[12]) τὸ Ἀμαρυλλίδος ὄνομα μετ' ἐμὲ καλῆσαν· κατέκλων τὰς σύριγγας, ὅτι μοι τὰς μὲν βοῦς ἔθελγον, Ἀμαρυλλίδα δὲ οὐκ ἦγον. Ἐρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον.[13]) ὅτι μὴ φίλημα[14]) καὶ περιβολὴ,[15]) καὶ συγκαταπλιθῆναι γυμνοῖς σώμασι."

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Φιλητᾶς μέντοι ταῦτα παιδεύσας αὐτὸς, ἀπαλλάττεται, τυρὸς τινας παρ' αὐτῶν καὶ ἔριφον

Vbi tacet *Beroald.* nil etiam *N. Comes* in Mythолog. Non tacuit vero politiſſ. *Douſa* ad illud *Propert.* c. 5. Vbi fabulam illam e *Conſtant. Geoponic.* L. XI, c. 11. et *Non. Dionyſ.* adfert. *Nonnus* meminit ſtatim l. 2. *Dionyſ.* et deinde ſic 42.

— — ἀλλὰ καὶ αὐτὴν
Μιλπιπόρην φυγόδεμνον ἐρειάδα σύνδρομον αὔρης,
Πανὸς ἀλυσκάζουσαν ἀνυμφεύτοιο ὑμεναίους.

Reſpexiſſe et noſtrum ad hanc fabulam ſupra l. 1. *vuto*, vbi de palumba: ἓδε παῖα καὶ τὴν πίτυν. *Lucian.* etiam, cuius verba infra hoc lib. in fine, vbi noſter eiusdem rei meminit, reddo. IVNGERM.

Vide *Luciani* dialog. *Pan* et *Mercur.* et *Brouckhuſius* ad *Propert.* L. I, el. 18. EODEN.

[12]) Ἐπῆνεν τὴν ἠχώ] Poetae Echo nympham fuiſſe fabulantur: quae cum a Narciſſo, cuius deperibat amore, ſperneretur, longo moerore contabuit, atque eius corpore in ſaxum conſuerſo, nihil praeter vocem retinuit. *Alexand. Aphrod.* problem. libr. I. quaeſt. 154. MOLLVS.

[13]) Οὐκ

auxilium: nam et ipse olim Pinum deperierat. Laudibus extollebam Nympham Echo, vna mecum Amaryllidis nomen vocantem. Meas infringebam tibias, quod mihi boues demulcerent, non autem adducerent Amaryllidem. Nulla amoris medicina est, siue hauriatur, siue deglutiatur, ne quidem carminum illecebrae quicquam valent, nisi osculum, amplexus, nudorumque concubitus corporum accedat.

CAPVT V.

Haecce Philetas illis eruditis, discedit, acceptis nonnullis caseis, hoedoque iam cornuto. Illi relicti

13) Οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλέμενον] Ad verbum: *neque quod per carmina dicitur.* Hoc dicit. Ne carmina quidem sanare possunt. *Plut.* ἐν τῷ ἐρωτικῷ. Amatorium furorem, vbi serio corripuit inflammauitque hominem, nulla iam Musa, non carminis illecebris placant. Neque inconcinne verti poterit: Nec medicina, quae dicitur, siue sit incantamentis, quidquam efficit. Credidit enim vana superstitio carminibus amorem posse conciliari, posse etiam abigi. Dido apud *Maronem* lib. 4. Aeneid.

Haec se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit, aſt aliis duras immittere curas.

Lucian. in dial. meretr. ἦκέ μοι, τὸ πλέον ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς ἀγόμενος, venit mihi in cantatione prorsum attractus, et in primo dial. meretr. ἐκείνη ἐξέμηνε τὸν ἄνθρωπον, πιεῖν τῶν φαρμάκων ἐγχέασα, καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτόν. Illa in insaniam vertit hominem, ei temperato pharmaco, quod biberet, et nunc ipsum vindemiant. *Plinius* auctor est, magicas artes in tantum euectas, vt cunctis herbis fidem abrogare possint.

ἔριφον ἤδη κεράσην λαβών. Οἱ δὲ μόνοι καταλειφθέντες, καὶ τότε πρῶτον ἀκούσαντες τὸ ἔρωτος ὄνομα, τάς τε ψυχὰς συνεφάλησαν ὑπὸ λύττης,[1]) καὶ ἐπανελθόντες νύκτωρ εἰς τὰς ἐπαύλεις, παρ-
p. 38. ἔβαλλον οἷς ἤκουσαν τὰ αὐτῶν. Αλγοῦσιν οἱ ἐρῶντες· κοὐχ ἡμεῖς. Αμελοῦσιν ἴσως· κοὐχ ἡμεῖς ἠμελήκαμεν. Καθεύδειν δ' δύνανται·[2]) τοῦτο μὲν κοὐ νῦν πάσχομεν ἡμεῖς. Καίεσθαι

sint. Deque ligationibus et solutionibus rerum, multa disputantur apud *Cornelium Agrippam*, libr. de *occulta Philosophia*.

IDEM.

[14]) Οτι μὴ φίλημα] Ita fere omnes. *Iungermanus* tamen habet: ὅτι μοὶ φίλημα. BODEN.

[15]) Περιβολὴν] Capite V, vocat περιπλοκήν.

IDEM.

[1]) Τάς τε ψυχὰς συνεφάλησαν ὑπὸ λύττης] Nisi malis legere pro ὑπὸ λύττης, ὑπὸ λύπης, hoc est, prae moerore animis fuere deiecti. Attamen lectio illa sustineri potest. Quamuis enim λύσσα, siue λύττα, proprie de canibus rabidis dicatur; dici tamen etiam solet de impetu quodam furibundo, siue ἐπιτεταμένη μανία. *Hom.* Il. I, 239.

— κρατερὴ δὲ ἑ λύσσα δέδυκεν.

Ingens autem ipsum rabies inuasit.

Il. Φ. de Achille Troianos vsque ad moenia prosequente. v. 542.

— λύσσα δὲ οἱ κῆρ
Αἰὲν ἔχε κρατερὴ, μενέαινε δὲ κῦδος ἀρέσθαι.

— *Rabiesque eius cor*
Semper habebat, cupiebat enim gloriam referre.

Hinc amantes κακῶς φρονοῦντες Graecis saepissime dicuntur, et latinis malesani. Hinc *Maecius* in Epigrammate contra Cupidinem:

Σωφροσύνης ὑβριστὰ, φρενοκλόπε,
λησὰ λογισμῶν.

Prudentiae corruptor, mentis surreptor, furrationis.

Quatuor furoris constituit species *Plato*, sed illum maximum esse dixit, quo amantes

relicti soli, tum primum audito amoris nomine, animis insano prae amore angebantur, reuersisque de nocte ad casas, sua, cum iis, quae audiuerant, conferebant. Dolent amantes: etiam nos dolemus. Rerum suarum minus satagunt: et nos neglectui habemus. Somnum capere nequeunt: idem et nobis vsu venit. Vri videntur: et nobis inhaeret

 flam-

tes occupantur. *Gramm.* λύσσαν dictam volunt παρὰ τὴν λύσιν τῶν λογισμῶν, quod rationem soluat.

MOLLVS.

Non modo hanc etymologiam, quam auctor Etymol. M. tradit, anteponendam esse censeo Dammianae, a λύκος, *lupus*, deducenti, quod proprie in lupum rabiosum cadat, sed etiam hanc ipsam lectionem ὑπὸ λύττης retineo, illamque coniecturam ὑπὸ λύπης penitus reiicio. Nam qui sunt aliis ἐρωμανέοντες, iidem sunt vocabulo minus duro, vt mihi quidem videtur, λυσσομανεῖς, de quibus *Nemesianus* Ecl. II.

Formosam Donacen puer Idas et puer Alcon
Ardebant rudibusque annis incensus vterque
In Donaces Venerem furiata mente ruebant.

Est etiam Λύσσα persona, quae Herculem ad insaniam impellit apud *Euripidem* in *Herc. fur.* Act. III. v. 823 seqq. Quid? quod ipsa Venus a *Sophocle* λύσσαι μανὰς vocata legitur apud *Stobaeum* serm. 61. Et *Nonnus* L. III. ἔμφρονα λύσσαν dixit. De his plura vide in *Parei* Comment. in *Musaeum* ad v. 11. et 85.

BODEN.

2) Καθεύδειν δ' οὐ δύνανται] *Virg.* 4. Aeneid. de Didone amore flagrante ardens, infit.

— *Nec placidam membris dat cura quietem.*

Clitophon apud *Achill. Tat.* libr. 1. c. 9. ἐ φέρω, κλεινία, τὴν ἀνίαν· ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ ἔρως, καὶ αὐτόν μου διώ-

κει

Καίεσθαι δοκεῖσι, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ.3) ἐπιθυμεῖσιν ἀλλήλας ὁρᾶν· διὰ τοῦτο θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι τὴν ἡμέραν. κεδνὸν τοῦτό ἐστιν ὁ ἔρως· καὶ ἐρῶμεν ἀλλήλας ἐκ εἰδότες. εἰ τοῦτο μέν ἐστιν ὁ ἔρως, ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος,4) τί ἦν ταῦτα ἀλγεῖμεν; τί δὲ ἀλλήλας ζητεῖμεν; ἀληθῆ πάντα εἶπεν ὁ Φιλητᾶς. Τὸ ἐκ τοῦ κήπου παιδίον ὤφθη καὶ τοῖς ποιμέσιν ἡμῶν ἕναρ ἐκεῖνο, καὶ νέμειν ἡμᾶς τὰς ἀγέλας ἐκέλευσε. Πῶς ἂν τις αὐτὸ λάβοι; μικρόν ἐστι καὶ φεύγεται. Καὶ πῶς ἂν τις αὐτὸ φύγοι; πτερὰ ἔχει καὶ καταλήψεται.5) ἐπὶ τὰς νύμφας δεῖ βοηθεῖν

καὶ τὸν ὕπνον τῶν ὀμμάτων, Dolori, o Clinia, par esse nequeo: amor enim in me furorem omnem effudit, nullum omnino somno locum vt relinquat. Queritur de eo et illa apud *Nasonem*:

Nec somni faciles, et nox erat amica nobis,
Et genitus, nullo laesa dolore, dabam.
Nec cur hoc facerem poteram mihi reddere causam,
Nec noram, quid amans esset, at illud erat.

Graeci amoris curam ea de causa ἄϋπνον i. e. insomnem, item παννύχιον appellarunt, i. e. plane insomnem.

MOLLVS.

Vide, quae sunt notata ad huius libri cap. VI. n. 7.

BODEN.

3) Καίεσθαι δοκεῖσι, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ] *Vri videntur, atque nobis inhaeret flamma.* Ita et Dido, concepto Aeneae amore, ardere dicitur.

Ardet amans Dido; traxitque per ossa furorem.

Ac ibidem:

— *Et caeco carpitur igni.*

Apollonius sagittam amoris dicit esse πυρὶ ἴκελον, igni similem. De qua peste *Philo*: πάντα δίκην ἀσβέστου πυρός, ὧν ἂν προσάψηται, καταφλέγουσα. Similis omnino igni perpetuo, quicquid attigerit

flamma. Mutuum desiderant aspectum: ob id ipsum citius oriri diem optamus. Forsan hoc ipsum amor est, atque ignorantes mutuo tenemur amore. Quod si illud amor est, ego sum amasius. Quorsum igitur haec nos male habent? Quid alter alterum quaerimus? Cuncta se ita habent, vt dixit Philetas. Puer ille hortensis visus fuit etiam in somnis parentibus nostris, iussitque nos greges pascere. Sed quo pacto quis illum capere poterit? pusillus est et fugiet. Et qua quis ratione illum effugerit? alas habet et nos assequetur. An confugiendum ad Nympharum

L 5 opem

rit more ignis adurit. Dido apud *Virg.*

— *Agnosco veteris vestigia flammae.*

Dicitur in Epigrammate quodam πῦρ ἔγκρυφον, et ἐνδόμυχον, quasi ignis in interioribus abditus recessibus. MOLLVS.

4) Ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος, τί ἦν] Posset aliquis coniectare, deesse hic tale quid Σὺ δὲ ἡ ἐρωμένη, vel totum locum sic supplendum: εἰ τοῦτο μέν ἐστιν ὁ ἔρως, καὶ σὺ ἡ ἐρωμένη, ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος, τί κ. τ. λ. IVNGERM.

5) Πτερὰ ἔχει καὶ καταλήψεται] Idem apud *Achillem Tat.* libr. 2. c. 5. Κάτωθεν δὲ, ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας, ὁ ἔρως ἀντιφθέγγετο. Ναί τολμηρὲ, κατ' ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; ἵπταμαί, καὶ τοξεύω, καὶ φλέγω. Πῶς δυνήσῃ με φυγεῖν; ἂν φυλάξῃ με τὸ τόξον, ἐκ ἔχεις φυλάξασθαι τὸ πῦρ· ἂν δὲ καὶ κατασβέσῃς, ita lege cum Salmasio: σωφροσύνῃ τὴν φλόγα, αὐτῷ σε καταλήψομαι τῷ πτερῷ. Amor scilicet, qui erat infra in imo pectore, quasi ex corde respondebat. An igitur tantum tibi sumis, vt contra me arma feras, mihique resistere audeas? mihi ad volandum pennae, ad vulnerandum sagittae, ad exurendum faces datae sunt. Quonam te modo euasurum

βοηθὸς καταφυγεῖν· ἀλλ' ἠδὲ Φιλητᾶν ὁ Παὼν ὠφέλησεν Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα. Ὅσα εἶπεν ἄρα φάρμακα, ταῦτα ζητητέα· φίλημα, καὶ περιπλοκήν, καὶ κεῖθαι γυμνὸς χαμαί. κρύος μὲν, ἀλλὰ μαρτυρήσομεν δεύτερον μετὰ Φιλητᾶν. [6])

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Τᾶυτο αὐτοῖς γίνεται [1]) νυκτερινὸν παιδευτήριον.
p. 39. καὶ ἀγαγόντες τῆς ἐπιούσης ἡμέρας τὰς ἀγέλας εἰς νομὴν, ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλους ἰδόντες, ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν, καὶ περιέβαλον [2]) τὰς χεῖρας ἐπαλλάξαντες. Τὸ δὲ τρίτον ὤκνων φάρμακον, ἀποδυθέντες κατακλυσθῆναι, θρασύτερον γὰρ ὁ μόνον παρθένων ἀλλὰ καὶ νέων αἰπόλων. Πάλιν

rum ſperas? Vt ſagittarum ictus declines, faces tu quidem certe nunquam euitabis. Quod ſi earum flammis temperantiae ſcutum opponas, volatu profecto te comprehendam.

IVNGERM. et MOLLVS.

[6]) Ἀλλὰ μαρτυρήσομεν δεύτερον κατὰ Φιλητᾶν] Hic καρτυρήσομεν, vertimus *probabimus*. Deliberat Daphnis, vtrum confugiendum ipſis ſiet ad Nymphas, an ad oſcula et amplexus etc. Poſterius ſuggeſſerat illi conſilium Philetas, idque ſequendum ſibi eſſe concludit, dicitque δεύτερον μαρτυρήσομεν, alterum nimirum conſilium Philetae comprobabimus. Illam enim ſignificationem verbum μαρτυρέω nonnunquam recipit. *Xen.* εὑρήσει αὐτὸν μαρτυροῦντα, comperiet ipſum ſuo illud teſtimonio comprobare. *Plut.* in *apophthegm. Epaminond.* καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν, ὡς εὐθὺς ἄριστα τὴς πολίτας. Et verba eius res comprobauit, ita praeclare ciues ſuos nouerat. Locus hic me aliquandiu

opem? At nihil quicquam Pan profuit Philetae, Amaryllidem amanti. Sunt igitur quaerenda nobis illa, quae dixit remedia, nempe oſculum, amplexus, nudusque humi concubitus. Frigus quidem eſt, ſed alterum ſecuti Philetae conſilium probabimus.

CAPVT VI.

Hic ludus illis nocturnus erat: atque in paſcua eductis gregibus, vt in conſpectum venerunt, mutua oſcula dederunt, alternatimque ante, quod nunquam fecerant, in amplexus ruerunt. Tertium illud remedium, nempe exutis concumbere veſtibus, prae verecundia non adhibebant. Hoc quippe maioris erat audaciae, quam vt in virgines, vel etiam

diu torſit, vt tandem ſuſpicarer pro μαρτυρήσομεν eſſe legendum, καρτερήσομεν, tolerabimus, non improbante clariſſimo Viro, *Ioachimo Frencelio*, anatomes Profeſſ. ordinario, collega honorando, obque multiiugam eruditionem longe celeberrimo, mihique dilectiſſimo, quicum huncce locum communicaſſe memini. Quam emendationem olim etiam placuiſſe Clariſſ. Heinſio, Iungermanus refert.

IDEM.

Καρτερήσομεν Cl. Heinſius emendat, quo nil verius. Alterum enim nihil ſane eſt. IVNGERM.

1) Γίνεται] V. γίγνεται. COLVMB.

2) Εφίλησαν μὲν ἀλλήλας ἰδ. ὃ μ. π. ἐ. κ. π.] Emend. ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλας ἰδόντες, ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν καὶ περιέβαλον etc. Patet ex iis, quae mox ſequuntur: καὶ ἐφιλήσαμεν, καὶ εὐθὺν ὤφελος. Περιεβάλομεν, καὶ εὐθὺν πλέον σχεδόν.

IVNGERM.

Vitioſe in nonnullis editum erat: ἐφίλησο μὲν ἀλλή-

Πάλιν οὖν ἀγρυπνίαν ἔχουσα καὶ ἔννοιαν 3) τῶν γεγενημένων, κατάμεμψις 4) τῶν παραλελειμμένων καὶ ἐφιλήσαμεν, καὶ οὐδὲν ὄφελος· περιεβάλομεν 5), καὶ οὐδὲν πλέον χεῦον· Τὸ δὲν κατακλιθῆναι, μόνον φάρμακον ἔρωτος· πειρατέον καὶ τοῦτο· πάντως ἐν αὐτῷ τι κρεῖττον ἔσαι φιλήματος. Ἐπὶ τούτοις τοῖς λογισμοῖς οἷον εἰκὸς καὶ ὀνείρατα εἶδον ἐρωτικά· 6) τὰ φιλήματα, τὰς περιβολὰς, καὶ ὅσα δὲ μεθ' ἡμέραν οὐκ ἔπραξαν, ταῦτα ὄναρ ἔπραξαν· 7) γυμνοὶ μετ' ἀλλήλων ἔκειντο.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Ἐνθεώτεροι δὲ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνέστησαν, καὶ ῥοίζῳ τὰς ἀγέλας κατήλαυνον, ἐπει-
p. 40. γόμενοι κατὰ τὰ φιλήματα 1) καὶ ἰδόντες ἀλλήλες, ἅμα μεσθιάματι κατέδραμον. Τὰ μὲν 2) δὲν φιλήματα ἐγένετο, καὶ ἡ περιβολὴ τῶν χειρῶν ἠκολά-

λες, ἰδόντες ὁ μήπω πρότερον ἐποίησαν, καὶ περιβαλλον. BODEN.

3) Αγρυπνίαν ἔχουσα καὶ ἔννοια] Ita repoſui e codice Vrſiniano, probantibus *Columbanio*, *Iungermano* ac *Mollo*, pro eo, quod in vulgatis erat: ἀγρυπνία ἔχουσα καὶ ἔννοιαν τῶν γεγενημένων. IDEM.

4) Κατάπεμψις] Sic in Commel. et Iungerm. edit. IDEM.

Mihi viſum fuit leg. Καὶ κατάμεμψις, quod et Cl. Rhodomanno viſum. IVNGERM.

5) Περιεβάλομεν] *Iungermanus* coniiciebat ſcribendum eſſe περιεβάλλομεν, quod non improbo, ſi paullo ante retinueris περιβαλλον τὰς χῶρας. BODEN.

6) Ονει-

etiam iuuenes caprarios caderet. Iterum anteactorum recordatio insomniam comitem trahens, neglectorum ipsos insimulat. Oscula mutua dedimus; sed nihil profuit. In mutuos ruimus amplexus; sed inde nihil vtilitatis ad nos redundauit. Concubitus igitur solum amoris erit remedium. Illud itaque tentandum: omnino in eo quidpiam erit osculo efficacius. Cum haecce animo agitant, vt par est, somnia amatoria oculis obuersabantur, videlicet oscula, amplexus: et, quaecunque de die non fecerant, illa in somnis peragebant, scilicet nudi concumbentes.

CAPVT VII.

Ac sequenti die maiori iam Cupidinis afflati numine surrexerunt, magnoque cum impetu suos egerunt greges, ad oscula festinantes, seseque inuicem conspicati, risu cum blando sibi mutuo occurrerunt. Interceſſerunt igitur oscula nonnulla, amplexi-

6) Ονείρατα ἐώρων ἐρωτικά] Clitopho apud *Tat.* L. I. c. 6. Πάντα δὲ ἦν μοι Λευκίππη τὰ ἐνύπνια, διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν, ἡπτόμην, πλείονα εἶχον ἀγαθὰ τῆς ἡμέρας. Καὶ γὰρ κατεφίλησα, καὶ ἦν τὸ φίλημα ἀληθινόν. IVNGERM.

Vide, quae ad locum excitatum a me notata sunt. BODEN.

7) Ταῦτα ὄναρ ἔπραξαν] Haec verba deerant in editione Molliana. IDEM.

1) Κατὰ τὰ φιλήματα] N. et V. πρὸς. P. COLVMB.

Lege πρὸς τὰ φιλήματα. MOLLVS.

2) Μὲν] Abest ab edit. *Iungerm.* commode vero nequit abesse. BODEN.

3) Καθί-

ἠκολέθησε· τὸ δὲ τρίτον φάρμακον ἐβράδυνε, μήτε τῦ Δάφνιδος τολμῶντος εἰπεῖν, μήτε τῆς Χλόης βελομένης καταρχεθαι, ἔς τε τύχη καὶ τῦτο ἔπραξαν. Καθέζοντο ἐπὶ σελέχες δρυὸς 3), πλησίον ἀλλήλων· καὶ γευσάμενοι τῆς ἐν φιλήματι τέρψεως, 4) ἁπλήστως ἐνεφορῦντο 5) τῆς ἡδονῆς. Ησαν δὲ καὶ χειρῶν περιβολαὶ, θλίψιν τοῖς σώμασι παρέχεσαι, 6) κατὰ 7) τὴν τῶν χειρῶν περιβολὴν 8) βιαιότερον δὴ τῦ Δάφνιδος ἐπισπασαμένε, κλινεταί πως ἐπὶ πλευρὰν ἡ Χλόη. 9) κἀκεῖνος δὲ συγκατακλίνεται τῷ φιλήματι ἀκολεθῶν. καὶ γνωρίζαντες τῶν ὀνείρων τὴν εἰκόνα, κατέκειντο πολὺν χρόνον ὥσπερ συνδεδεμένοι. Εἰδότες 10) δὲ τῶν ἐντεῦθεν ἀδὲν, καὶ νομίσαντες τῦτο εἶναι πέρας ἀπολαύσεως ἐρωτικῆς, μάτην τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας δαπανήσαντες, διελύθησαν, καὶ τὰς ἀγέλας ἀπή-

3) Καθέζοντο-σελίχες] Supple ἐπὶ σιλίχες.

MOLLVS.

V. καθίζοντας ἐπὶ σιλίχες. P. COLVMB.

Sic L. I. καθίσαντις ἐπὶ σιλίχει δρυός.

IVNGERM.

4) Τῆς ἐν φιλήματι τέρψεως] H. e. διὰ φιλήματος γενομένης. Vel dicetur praepositio ἐν hoc loco παρέλκειν. *Paul.* 1. ad *Corinth.* c. 16. §. 16. ἀσπάσασθε ἐν φιλήματι, salutate alii alios.

MOLLVS.

Ev φιλήμασι, coniectura *Iungermani* superflua.

BODEN.

5) Απλήσως ἐνεφορῦντο] Verbatim, insatiabiliter implebantur. Proprie de iis sumitur, qui cibo ac potu implentur. *Xiphilin.* in vita Vitellii: ἀπλήτως τι ἐμφορέμενος, cum insatiabiliter impleretur. At hic metaphorice

amplexibus inſecutis: caeterum tertium illud ceſſabat remedium, Daphnide ne quidem auſo dicere, neque Chloe auſpicium facere volente, donec caſu quodam hoc ipſum feciſſent. In quercus ſedebant trunco, alter prope alterum: atque guſtata, quae eſt in oſculo, dulcedine, expleri voluptate nequibant, inter mutuos amplexus arctius ora prementes. Interea dum Daphnis violentius inter amplexus illam attraheret, in latus vtcunque ſeſe reclinat Chloe, cumque illa oſculum ſequendo vna procumbit. Hic reuocati in memoriam oblatae ſibi in ſomnis imaginis, longo tempore haud ſecus ac conſtricti, iacuere. Cumque inde nihil horum ſe percipere vltra vidiſſent, ratique hanc eſſe fructus ſummam ſui amoris, incaſſum potiſſima diei parte conſumpta, digreſſi ſunt, gregesque

phorice ad animum refertur: quemadmodum et apud *Maronem* lib. I. Aeneid.

Praecipue infelix peſti deuota futurae
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.

Cedren. ἐμπιπλάς θυμόν. MOLLVS.

6) Θλίψιν τοῖς στόμασι παρέχουσι] Pari forma loquendi vſus eſt *Theocrit.* χείλεα θλίβων, *pro premere labra oſculando.* IDEM.

7) Κατὰ] N. καί. COLVMB.

8) Περιβολήν] N. et V. προσβολήν. IDEM.

9) Κλίνεταί πως ἐπὶ πλευρὰν ἡ χλόη] Vlyſſes apud *Euripid.* dicit Cyclopi. κλίθητι νῦν μοι πλευρὰν θεὶς ἐπὶ χθονός, *accumbas, vel potius inclines te ad iacendum, huc ponens latera in terra.* MOLLVS.

10) Εἰδότες] Repoſui ex Vrſini libro. Legebatur in omni-

ἀπήλαυνον, τὴν νύκτα μισοῦντες. Ἰσως δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν τι ἔπραξαν, 11) εἰ μὴ θόρυβος τοιόσδε
p. 41. πᾶσαν τὴν ἀγροικίαν ἐκείνην κατέλαβε.

ΚΕΦΑΛ. ή.

Νέοι Μηθυμναῖοι πλέσιοι 1) διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες, ναῦν μικρὰν καθελκύσαντες, καὶ οἰκέτας προσκώπους καθίσαντες, 2) τὰς Μιτυληναίων ἀγρὰς περιέπλεον, ὅσοι 3) θαλάσσης πλησίον. Εὐλίμενός τε γὰρ ἡ παραλία, καὶ οἰκήσεσιν ἠσκημένη πολυτελῶς καὶ λετρὰ συνεχῆ, παράθεισοί 4) τε καὶ ἄλση

omnibus editionibus ἰδίοις.
BODEN.

V. ἀδίοις. P. recte patet ex sequentibus.
IVNGERM.

11) Ἰσως δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν τι ἔπραξαν] Forsan inceptum patrassent; est autem veteribus patratio rei venereae consummatio. *Herodianus* de Heliogabalo: ἵνα δὲ καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν πράττειν δοκοίη, vt aliquid saltem virile facere videretur. Eodem sensu vsus est noster verbo πράττειν, quo aliquando *facere* vtuntur Latini. *Plaut.* Mauult ancillae facere, quam liberae. Idem. Si tibi cordi est *facere*, i. e. amplecti amicam. *Sen.* epist. 123. Vna felicitas est bonae vitae, facere, esse, bibere, frui patrimonio.
MOLLVS.

1) Πλέσιοι] N. πλέσιον.
COLVME.

2) Καὶ οἰκέτας προσκώπους] Πρόσκωποι, q. d. qui est ad remum, seu iuxta remum, *Bud.* nauta, qui remis adhaeret. *Bayf* notat apud *Thucyd* libr. 1. p. 4. προσκώπους esse αὐτιζιτας et μαχίμους, videlicet remiges, qui etiam, quum opus erat, decertabant et propugnabant. Nisi quis putet hic esse

gesque abegerunt noctem exosi. Fortasse autem non infecta re digressi fuissent, ni eiuscemodi quidam tumultus totum illum agrum occupasset.

CAPVT VIII.

Iuuenes quidam opulenti, natione Methymnaei, vindemiam hilare peregrino in solo agitare volentes, nauicula deducta, famulisque suis remigibus constitutis, Mitylenaeorum oras mari vicinas legebant. Est enim ora illa maritima portubus opportuna, atque magnifice domiciliis instructa, nec non lauacris frequentibus adornata. Erant et horti,

esse legendum πρυκώπους; Est autem πρόκωπος, qui in versu suo primus sedet ad proram; et ἐπίκωπος, qui postremus est ad puppim. *Bayfius* et qui cum eo faciunt, θρανίτας et θαλαμάκους, id genus remiges appellat. IDEM.

3) Οσοι] *Iungerm.* ὅσα. BOLEN.

4) Παράδεισοι] Παράδεισος, *hortus, viridarium, paradisus.* Vox haec deflexa est, quidam vt volunt, a Chaldaeo *Pardes*, quod hortum significat domesticum. Alii ad Graecos vocem hanc transisse censent ex Hebraeo nomine, quod significat syluam, nemus. Barbaram vero, siue peregrinam esse hanc vocem, non meminit *Suidas*, quum eius originem Graeciae tribuit, adducens geminum etymon. Παράδεισος δὲ εἴρηται, παρὰ τὸ δύσω, τὸ βρέχω, ῥηματικὸν ὄνομα, διῦσος. παράδεισος τροπῇ τοῦ ὑ ψιλοῦ εἰς ἰ. οἱ δέ φασι παρὰ τὸ τὴν δῆσαν ποιεῖσθαι, ὅ ἐστι, βοτανῶν συλλογήν. Παράδεισος vero dictus est a futuro δύσω, rigabo, quod a δύω, rigo. Vnde formatum verbale nomen διῦσος, quasi dicas locus, qui rigatur, et com-

ἄλση·5) τὰ μὲν Φύσεως ἔργα, τὰ δὲ ἀνθρώπων τέχνη· πάντα ἐνοικῆσαι 6) καλά. Καταπλέοντες δὲ καὶ ἐνορμιζόμενοι, 7) κακὸν μὲν ἐποίουν οὐδέν· τέρψεις δὲ ποικίλας ἐτέρποντο·8) ποτὲ μὲν ἀγκίστροις καλάμων ἀπηρτημένοις ἐκ λίνου λεπτοῦ, πετραίους ἰχθῦς

positum παράδεισος, versoque v. in ι. παράδεισες. Alii dicunt παράδεισος dictum esse, quod faciat δᾶσαι, id est, herbarum collectionem. Duplicis paradisi meminit sacer codex, terrestris, et coelestis. Terrestris est ille, in quem primi parentes, initio sancti, translati, ibique, donec laberentur, permanentes, qui a *Mose* describitur *Genes.* II. Coelestis paradisi facit mentionem Seruator *Luc.* 23. §. 43. *Paul.* 2 Cor. c. 14. §. 4. *Ioan. Apocal.* 11. §. 7. Hic pro horto atque viridario simpliciter sumitur, qui bene conseptus, ac diligenter consitus est omnis generis plantis. De tali loquitur *Xenophon.* in *Oeconomico*: ἐπιμελῶνται, ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει, studiose dat operam Rex, vt horti sint, quos paradisos vocant, omnibus referti, quaecunque pulchra et bona enasci e terra possunt. *Zosimus* libr. 3. Καὶ ἅμα θριγκόν τινα συμπαρατείνοντες, εἰς ἕρυμα μὲν παραδείσου βασιλικοῦ τὴν ἀρχὴν ᾠκοδομημένον. Et vna sepem quandam (cernentes) ad eam porrectam, ab initio muniendi paradisi causa regii structam. Fuerunt itaque paradisi clausi, atque plerumque in iis alebantur ferae, quarum venatu sese principes delectarent: vnde redditur aliquando ferarum septum, viuarium. *Gell.* libr. 2. cap. 20. Viuaria, quae nunc vulgus dicit, sunt quos παραδείσους Graeci appellant. *Xenoph.* in *Hell.* 4. παραδείσους μεστοὺς δένδρων καὶ θηρίων, paradisos arboribus ac feris plenos.

MOLLVS.

Confer notata nostra ad *Achill.*

ti, atque luci, partim opera naturae, partim industria humana elaborati: cuncta habitatu egregia. Itaque in portum ac ſtationem appellentes, nihil perpetrabant mali, ſed variis ſemet oblectabant modis. Nonnunquam hamis tenui ſuſpenſis filo cala-

 mis,

Achill. Tat. Lib. I. cap. 15. BODEN.

Portuque ſubimus Chaonio. MOLLVS.

5) Αλση] Niſi malis ἀλωή, ſiue ἀλωά, *locus vitibus conſitus, vinea. Hom.* Il. ε. Οὔτε ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων.

Neque ſepta retinent vinearum late virentum. Hic *Scholiaſt.* ἀλωάων, χωρίων, ἀμπελοφύτων ἢ δένδρων, cui libet, ita legat. MOLLVS.

Αλση. N. ἀλωή. COLVMB.

6) Ενοικῆσαι] V. ἐνικῆσαι. IDEM.

7) Καταπλέοντες καὶ ἐνορμιζόμενοι] Καταπλέω, eſt nauigando deſcendo, e mari videlicet in terram. Huic opponitur ἀναπλέω, in altum nauigo. Eſtque ἐνορμίζομαι, et ἐνορμίζω, nauem in ſtationem appello: alias ἐπείλω εἰς λιμένα, item ὑποδύω. Quod *Virg.* Aeneid. 3. dixit:

8) Τέρψεις δὲ ἐτέρποντο] Hoc loquendi genus aliquando elegantiam ſapit, quando verbale ſuum verbo additur. Lubet hoc loco verba *Suidae* adſcribere, relata a *Conr. Ritterhuſio* in comm. libr. 4. *Halieut. Opp.* Αττικὸν σχῆμά ἐστι, τὸν εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν τὸ ἀπὸ τῆ πράγματος ὄνομα, ὡς τὸ ὕβριν ὑβρίζειν, λῆρον ληρεῖν, χαρὰν χαίρειν, μανίαν μαίνεσθαι, φυγὴν φεύγειν, δουλείαν δουλεύειν. Plura exempla dicto loco a *Ritterhuſio* recenſita, qui volet, petat. Quod ipſum etiam Latini ſunt imitati. *Plaut.* ſeruire ſeruitutem. *Gell.* gaudium gaudere. *Macrob.* ſaltare ſaltationem. *Apul.* coenas coenare. *Virg.* furere furorem. *Lucil.* pugnare pugnam. Cui voluptate eſt, plura videre exempla,

ἰχθῦς 9) ἁλιεύοντες ἐκ πέτρας ἁλιτενεῖς· ποτὲ δὲ κυσὶ καὶ δικτύοις λαγωὸς φεύγοντας, τὸν ἐν ταῖς ἀμπέλοις θόρυβον, λαμβάνοντες. Ηδη δὲ καὶ ὀρνίθων ἄγρας ἐμέλησεν αὐτοῖς, καὶ ἔλαβον βρόχοις χῆνας ἀγρίας καὶ νήττας 10) καὶ ὠττίδας· 11) ὥστε καὶ ἡ τέρψις αὐτοῖς τράπεζης ὠφέλειαν παρεῖχεν. εἰ δέ τινος προσέδει, παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐλάμβανον, περιτ-

empla, conſulat *Hellenolexiam* Clariſſ. D. *Danielis Vechneri* cap. 1. de rectione verborum generali.

IDEM.

9) Πετραῖοι ἰχθῦς] Πετραῖοι ἰχθύες, dicuntur piſces ſaxatiles, propterea, quod in petris ſtabulentur. Hoc nomine enim latine a *Columella Plinioque* appellantur. *Athen.* libr. 7. τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπόθου, piſciculos ſaxatiles ne comede. *Galen.* libr. 1. ad *Glauconem*, εἰ πετραῖοι τῶν ἰχθύων, ex piſcibus iis, qui ſaxatiles nominantur. *Plauto* ſaxatilis piſcatus dicitur, qui in ſcopulis exercebatur. Vid. *Meurſ.* ad *Lycophr.*

IDEM.

10) Χῆνας ἀγρίας καὶ νήττας] *Anſeres atque anates.* Χὴν, dicitur παρὰ τὸ χάσκειν ἢ χανδὸν ἐσθίειν, teſte *Euſtath.* et *Varrino*, hoc eſt, ab oris hiatu et voracitate. Vel quia frequenter hiſcit et ſtridit. *Etymologus* deducit ab ἠχὴ, quod obſtreperum et clamoſum ſit animal. Hodie vulgo in Graecia χίνα appellatur. Nos Belgae *een gans*. Ruſtici *Goes* dicunt. Vnde Hollandos caeterosque Philippo Hiſpaniarum Regi rebellantes Goeſios, id eſt, anſeres appellatos fuiſſe, *Vlyſſes Aldrouandus* autumat. Νήσσα, ſiue Νῆττα dicitur ἀπὸ τῆ νᾶν, ſicut et Anas *Varroni* a nando. Recentioribus Graecis dicitur χῆνα, aliis παπίτζα. Quae poſtea dicuntur vtilitatem aliquam illorum menſae attuliſſe. Anſeres atque Anates veterum menſis

mis, saxatiles humili e rupe pisces capiebant: aliquando canibus et cassibus, fugientes tumultum in vineis obortum, lepores captabant. Nunc cordi illis erat auium captura, laqueis anseres feros, anates et otides capientibus, ita vt oblectatio etiam illa aliquod emolumentum illorum mensis attulerit. Si qua re opus haberent, ab iis, qui in agris degebant,

 acci-

sis non fuisse abdicatas, ex ipsorum scriptis habemus. Nobis quoque saepissime in cibum cedunt.

IDEM.

11) Ωτιδας] Frequentius simplic. τ. ὠτις scribitur. Germanis *een Trappgans*. Dicitur ab ἓς ὠτὸς, auris. Quae ita a *Bellonio* depingitur: Otis multo crassior est, et validior grue, et corpulentiae cygni comparari potest. Caput, si id solum inspicias, diceres esse vulturis, tam est crassum atque inconcinnum. Rostrum habet robustum valde, gallinacei haud dissimile. Caput et collum coloris sunt cinerei, ad ventriculum vsque procedentis. Alae inferius candicant, qua sola nota a tetrace differt, si magnitudinem excipias. Tibiae quoque longae sunt, collum quoque longum fuisse oportuit. Totum dorsum castaneis ac subnigris maculis respersum est: caetera candida, exceptis pennis alarum longioribus, quarum extremitates nigrae sunt. Meatus auditorii in hac aue, vnde illam nomen habere suum existimo, quam in vlla alia terrestrium auium euidentiores, adeoque patuli sunt, vt extremitatem digiti imponas. Si introspicias, duo apparent anfractus, vnus rostrum versus, alter recta ad cerebrum vergens. Latent sub plumis, quas nisi auferas, meatus non videbis. Pennarum Otidis radices rubrae sunt. Femora albicant. Tibiae crassae pollicem, medium pedem longae

p 42. περιττοτέρας τῆς ἀξίας ὀβολὸς καταβάλλοντες. Εδει δὲ μόνον ἄρτε, καὶ οἶνε, καὶ τέγης. ὁ γὰρ ἀσφαλὲς ἐδόκει, μετοπωρινῆς ὥρας ἐνεστώσης,[12] ἐνθαλαττεύειν. ὥστε καὶ τὴν ναῦν ἀνεῖλκον ἐπὶ τὴν γῆν, νύκτα χειμέριον δεδοικότες. Τῶν δή τις ἀγροικων, ἐς ἀνολκὴν λίθε θλίβοντος τὰ πατηθέντα βοτρύδια χρήζων[13] κοίνε, τῆς πρότερον ξαγείσης, κρυφὰ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐλθὼν, ἀφερρήτῳ τῇ νηὶ προσελθὼν, τὸ πεῖσμα ἐκλύσας, ἐκάδε κομίσας, ἐς ὅ, τι ἔχρηζεν, ἐχρήσατο.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Εωθεν ἦν οἱ Μηθυμναῖοι νεανίσκοι ζήτησιν ἐποιοῦντο τοῦ πείσματος, καὶ ὡμολόγει γὰρ ἑδεὶς τὴν

longae, squamosae seu corticosae. Crura pennis nuda. Pedes admodum crassi, sub quibus callus conspicitur magnus, instar musculi: vngues breues: digiti pedis vtriusque contra reliquarum auium morem, ternis tantum: cauda inferius, qua podicem spectat, alba, superius castanei coloris, nigris maculis respersi. Pectus crassum est ac rotundum: lingua serrata, vtrinque acuta, et in extremo dura. Idem *Bellonius* Otidem auem ait esse delicatam, et in conuiuiis caeteris auibus praeferri.

IDEM.

Gaza apud *Aristot.* auem tardam bene transtulit. Eam tamen, si non barbaram adpellationem certe recentioris Latinitatis existimari ait *H. Steph.* c. 8. *de Latin. susp.* sed iniuria puto. Glossae enim illae latino gr. quae si non ita vetustae, barbariei certe notam facile effugiunt: ὠτὶς, τὸ ὄρνεον, *Auis tarda.* et

accipientes, vltra iuſtum pretium numos ſoluebant. Pane duntaxat, vino, atque tecto indigebant: non enim tutum videbatur, ſeneſcente iam autumno, mare frequentare: quamobrem tempeſtuoſam timentes noctem, nauim in terram ſubduxerunt. Quidam vero ex agricolis ad tollendum ſaxum, premendis calcatis vuis idoneum, opus habebat fune, ſuo, quem ante habuerat, rupto, atque clam ad mare veniens, accedensque nauim ad incuſtoditam, funem ſolutum, domumque allatum, in vſum conuertit ſuum.

CAPVT IX.

Mane igitur Methymnaei illi iuuenes, quaeſitum furto ablatum rudentem ibant, ſed enim nemine

et Excerpta poſt eaſdem: *Auis turda* ὦτος. vbi forte leg. ὠτίς. Nam otum volunt aſionem eſſe e noctuino genere. Sed tamen et *Athenaeus* l. 9. confundit ὦτιν et ὠτίδα, vt monuit *Dalechamp.* Quid? quod apud *Plin.* habes eam vocem L. 10, c. 22. Proximae, ait, eis ſunt, quas Hiſpania aues tardas adpellat, Graecia otidas, damnatas in cibis. Tetracem *Nemeſiani* eſſe *Iunius* in Nomencl. et *R. Steph.* in *Suppl. ling. lat.* volunt. Alias tetrax et otis non ead. auis, quod ex eod. *Athen.* l. 9. patet, vbi *Laurentius* ſuos conuiuas docet, qualis auis tetrax fuerit.

IVNGERM.

12) Ἐσώσης] Lege ἐνεσώσης. MOLLVS.

N. et V. ἐνεσώσης. P. COLVMB. et IVNGERM.

13) χρήζων] Refero ad hominem agreſtem. Minus recte excuſum eſt in Commeliniana et Iungerm. χρήζοντος. De reliquis conferas

τὴν κλοπὴν,1) ὀλίγα μεμψάμενοι 2) τοὺς ξενοδόχας,3) παρέπλεον· καὶ ταδία τριάκοντα παρελάσαντες, προσορμίζονται τοῖς ἀγροῖς, ἐν οἷς ᾤκει ἡ Χλόη καὶ ὁ Δάφνις. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς καλὸν εἶναι τὸ πεδίον ἐς θήρας λαγωῶν. χοῖνον μὲν ἓν ἐκ εἶχον ὥστε ἐκδῆσαθαι πεῖσμα· λύγον δὲ χλωρὰν μακρὰν τρέψαντες ὡς χοῖνον, ταύτῃ τὴν ναῦν ἐκ τῆς πρύμνης4) ἄκρας εἰς τὴν γῆν ἔδησαν. Επειτα
p. 43. τὰς κύνας ἀφέντες ξυηλατεῖν ἐν ταῖς εὐκαίροις φαινομέναις τῶν ὁδῶν ἐλινυσάτουν.5) Οἱ μὲν δὴ κύνες ἅμα ὑλακῇ διαθέοντες, ἐφόβησαν τὰς αἶγας· αἱ δὲ τὰ ὀρεινὰ καταλιπεῖσαι, μᾶλλόν τι πρὸς τὴν θάλασσαν ὥρμησαν. Εχουσαι δὲ ἐδὲν ἐν ψάμμῳ τρώξιμον, ἐλθοῦσαι πρὸς τὴν ναῦν αἱ θρασύτεραι αὐτῶν

feras notam Cap. I. huius libri. BODEN.

1) Καὶ ὁμολόγει ἔδοξε τὴν κλοπήν] Hic copulatiua καὶ pro aduerſatiua ἀλλὰ poſita inuenitur. Ita et apud *Demoſthenem* de *Cherſon*: ἄτιον δὲ τούτων, καὶ μοι πρὸς θεῶν, ὅταν ἔτυχα τῇ βελτίστῃ λέγω, ἴσω παῤῥησίᾳ. Iſtorum autem cauſa haec eſt, ſed per Deos, liceat mihi, vbi de re vtiliſſima dicendum eſt, fidenter loqui. Aliquoties in N. T. *Matth.* 1. §. 25. c. 7. §. 25. c. 12. §. 39. *Luc.* 21. §. 18. *Ioann.* c. 16. 32. *Act.* c. 10. §. 28. Sunt, qui putent, hebraeorum exemplo in eo ſignificatu vſurpari. Sed ὁ ἀττικώτατος *Theophraſtus* non ſemel eodem ſenſu καὶ pro aduerſatiua ἀλλὰ vſus ſuit. MOLLVS.

2) Μεμψάμενοι] In Commel. μεμψόμενοι, quod reiicias. BODEN.

3) Ξενοδόκας] Vſitatius ξενοδόχες. *Plut.* in Alexand. ὁ δὲ Αλέξανδρος ἀποστραφεὶς πρὸς ξενοδόχον τὸν καρδιανόν, Alexander autem conuerſus ad hoſpitem. Attamen apud

mine confitente furtum, leuiter hoſpitibus obiurgatis, oram legebant: atque ſtadia triginta emenſi, eos appellunt agros, quos Chloe atque Daphnis incolebant: hoc quippe ſolum aptum illis leporum venatui videbatur. Itaque deſiderato iunco, quo funem texerent, vimine longo et virenti, haud ſecus ac fune contorto, nauim ſumma de puppi ad terram religarunt. Deinde canibus ad feras indagandas dimiſſis, in viis maxime opportunis ſibi viſis, caſſes tendebant. Verum canes latrando loca illa percurrentes, metum incuſſerant capellis, quae, montanis relictis locis, ad mare vehementi contendere curſu. Cumque in arena, quod ederent, non haberent, audaciores quaedam harum ad nauim

apud Homerum Odyſſ. θ. extat ξεινοδόκος,

—ἵν' ὅμως τερπώμεθα πάντες,
ξεινοδόκοι καὶ ξεῖνος,

Vt ſimul oblectemur omnes, Hoſpitio ſuſcipientes, hoſpesque.

MOLLVS.

4) Ἐκ τῆς πρύμνης] Πρύμνα, quam et ἐρὰν poetae appellant, aliquando adiect. eſt, et idem quod extremus: vt ναῦς πρυμνὴ, extrema pars nauis. Aliquando ſubſtant. Eſtque idem ac πρυμνὴ ναὸς, vt hoc loco. Summitas ipſius ἄφλαστον vocatur, vt *Pollux* docet, compoſ. ab α et φλᾶθω, quod non facile contundatur a πρυμνὰ, πρυμνήσια funes, quibus naues a puppi religantur ad portum.

IDEM.

5) Ἐλινοστάτουν] Hoc eſt, ἵστων τὰ λίνα, collocabant, ſiue ponebant retia. Verbum hoc λινοστάτέω, rarum quidem, attamen apud *Platonem* eius paſſinum reperitur. Quemadmodum apud *Euſtath.* notat. Ἐθηρεύετο λινοστατούμενος, ὑπ' ἔρωτος δηλαδή. Capiebatur illaqueatus,

ab

αὐτῶν, τὴν λύγον 6) τὴν χλωρὰν, ᾗ δέδετο ἡ ναῦς, ἀπέφαγον. Ἦν δέ τι καὶ κλυδώνιον ἐν τῇ θαλάσσῃ, κινηθέντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν πνεύματος. ταχὺ δὴ 7) μάλα λυθεῖσαν αὐτὴν, ὑπήνεγκεν ἡ παλίῤῥοια τῦ κύματος, καὶ ἐς τὸ πέλαγος μετέωρον ἔφερεν. Αἰσθήσεως δὴ τοῖς Μηθυμναίοις γενομένης, 8) οἱ μὲν, ἐπὶ θάλασσαν ἔθεον, οἱ δὲ τὰς κύνας συνέλεγον· ἐβόων 9) δὲ πάντες, ὡς πάντας τὰς ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἀκούσαντας συνελθεῖν. ἀλλ' ἦν ἀδὲν ὄφελος· 10) τῦ γάρ πνεύματος ἀκμάζοντος, ἀχέτῳ τάχει κατὰ ῥῶν ἡ ναῦς ἐφέρετο. 11) Οἱ δ' ἔν ἐκ ὀλίγων κτημάτων Μηθυμναῖοι ταρόμενοι, ἐζήτεν τὸν νέμοντα τὰς αἶγας· καὶ εὑρόντες τὸν

ab amore ſcilicet. Hinc λινοστασία, retium collocatio comp. ex λίνον, linum, rete, et ἵστημι, pono. Linum pro rete meton. mat. *Ouid. Lina madent comites.* Item: *Nodoſaque tollite lina.* IDEM.

6) Τὴν λύγον] Articulus abeſt in Molliana. BODEN.

7) Δὴ] Forte legend. δέ. IDEM.

8) Αἰσθήσεως τοῖς Μηθυμναίοις γενομένης] Quod cum ſenſiſſent Methymnaei. Hac phraſi vtitur et *Dion. Halicarn.* libr. 5. *Antiq. Rom.* Ταχέα τοῖς τυῤῥηνοις αἴσθησις ἐγένετο, mox ſenſerunt Etruſci. Et libr. 9. ταχείας γενομένης τοῖς ῥωμαίοις αἰσθήσεως, mature dolum ſenſerunt Romani. MOLLVS.

9) Ἐβόων] Ἐθόων. Ita exſcripſeram, at in noſtro archetypo ſecunda littera eius dictionis θ adeo ambigue vel deſcripta, vel poſtea emendata a librario fuit, vt facile non quiuerit dignoſci, num ἰθόων legendum, an potius ἐβόων, quod fortaſſe magis quadrat. IVNGERM.

10) Ἀλλ'

progressae, virens vimen, quo religata erat nauis, morsu auellerunt. Nonnullus maris erat aestus, vento a montibus flante, vnde fluctuum reciprocatio quam celeriter nauim solutam auehebat, inque altum auferebat. Quod cum sensissent Methymnaei, alii ad mare accurrere, alii canes congregare. Clamabant omnes, adeo vt e proximis agris, hoc audito, cuncti conuenirent. Sed nihil inde emolumenti capiunt. Vento quippe increbrescente, irreuocabili celeritate quadam, aestu ferebatur secundo. Methymnaei igitur non exiguis orbati bonis, ipsum quaerebant caprarium, at Daphnidem inuentum caedebant, vestibusque exuebant.

10) Ἀλλ' ἦν ἀδὲν ὄφελος] Haec loquendi ratio oppido familiaris Graecis est, cum significatum volunt, id quod adhibetur, frustra adhiberi, nihilque prodesse. *Plat.* μηδὲν ὄφελος εἶναι, nihil iuuare dixit. *Lucian.* τῶν ὀφελὸς ἐστιν ἀδὲν, quorum nullus est vsus: quae nihil iuuant. *Polyb.* οἱ δὲ καρχηδόνιοι πρὸ ὀφθαλμῶν ἐλάμβανον τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν, ὅτ' ἦν ἀδὲν ὄφελος. Tum demum Carthaginiensibus error suus ob oculos obuersari, cum nihil eos sera poenitentia iuuaret. Pari modo ac venere dicunt: ἀδὲις φθόνος, pro ἀδεις φθονεῖν δύναται: vel ἀδέν᾽ ἂν χρὴ φθονεῖν. *Lucian* in *dial. Iun.* et *Iou.* εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόσεστιν, ἀδὲις φθόνος, si vero lusibus et deliciis inter haec indulget, non est quod inuideas.

MOLLVS.

11) Κατὰ ῥῦν ἡ ναῦς ἐφέρετο] Κατὰ ῥέον, inquit *Eustath.* est ἐν ὕδατι κάτω ῥέοντι καὶ ἐ κατῶ, κατὰ ἰσότητα ἐπιφανείας. Ita et *Budaeus*: κατὰ ῥῦν φέρεσθαι, vertit secundo, nauigare flumine. Vnde metaphorice τὰ πρά-γματα dicuntur κατὰ ῥῦν φέρεσθαι

τὸν Δάφνιν ἔπαιον, ἀπέδυον. εἷς δέ τις [12]) καὶ
p. 44. κυνόδεσμον ἀεράμενος περιῆγε τὰς χεῖρας, [13]) ὡς δήσων. Ὁ δὲ ἐβόα τε παιόμενος, καὶ ἱκέτευε τὰς ἀγροίκας, [14]) καὶ πρώτας τε τὸν Λάμωνα καὶ τὸν Δρύαντα, βοηθὰς ἐπεκαλεῖτο. Οἱ δὲ ἀντέχοντο σκιρρῶν [15]) γέροντες, καὶ χεῖρας ἐκ γεωργικῶν ἰσχυ-

ρὰς

ριωθαι, prospere, et ex voto cedere. IDEM.

[12]) Εἷς δέ τις] Ita *Marc.* cap. 14 §. 47. εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων, vnus autem quidam astantium. In hoc genere dicendi, inquit *Beza*, vel τις redundat, vel cum addatur secundus casus, traiectioni locus est: ac si scriptum esset: τὶς δὲ ἐκ τῶν παρεστηκότων, quidam vero, qui erat vnus ex circumstantibus. *Plut.* in *vita Pyrrhi*, εἷς δέ τις ἀνὴρ ἐπισκὺς. Cicero vti solet, cum incerta est persona: *Vnus aliquis.* IDEM.

[13]) Περιῆγε τὰς χεῖρας] Subaud. ὀπίσω, post tergum manus retorsit. περιάγειν, *Hesych.* κάμπτειν, περιφέρειν. Videtur id semper quasi solemne fuisse, vt captiuis post tergum manus illigarentur. *Plut.* in *Philopaem.* ἐπεὶ δὲ κεφαλὴν ἐπάρας διέβλεψεν, ἀθρόοι περιπεσόντες ἀπέρριφον αὐτῷ τὰς χεῖρας ὀπίσω. Tandem cum caput attolleret (Philopaemenes) atque oculos aperiret, conferti superfusi manibus post tergum illigatis, abduxerunt eum. *Xiphilin.* de Vitellio narrat libr. 9. καὶ τῷ χεῖρε εἰς τὰπίσω δήσαντες, τῷ τε αὐχένι σχοινίον περιθέντες, κατήγαγον ἐκ παλατίου τὸν κάσαρα. Vinctis a tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Caesarem e palatio deducunt. *Hom.* Il. φ. δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας, *ligauit post tergum manus.* *Aristoph.* in Lysistrat. ὀπίσω τῶ χεῖρε δὸς, *liga a tergo manus.* *Maro* Aeneid. 2. de Sinone capto.

Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum,

Pasto-

bant. Vnus aliquis, sumpto canis vinculo, manus illius in tergum, vt vincturus, retorsit. At ille vapulans clamare, supplexque agricolarum opem implorare, et ante omnes Lamonem ac Dryantem in auxilium vocare. Hi vero duri senes, opereque rustico validas habentes manus, summisque viribus

Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae.

Horat. libr. 3. od. 5.

— Vidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero.

Hinc *Varro* libr. 4. *ling. latin.* Victoriam vult esse dictam ab eo, quod superati vinciantur.

IDEM.

14) Καὶ ἱκέτευε τὰς ἀγροικικὰς] Supplex implorabat agricolarum opem. *Plut.* in Solone. ἱκέτευσαν τὰς γυναῖκας, supplices implorarunt mulierum opem.

IDEM.

15) Σκιῤῥοὶ] Lege σκληροὶ: quippe σκιῤῥὸς vocabulum est medicum, quod significat tumorem praeter naturam durum dolorisque expertem, qui tres praecipue corporis partes infestat, hepar, lienem, vterum, quod minime huic loco quadrat. At σκληροὶ dicuntur hic agricolae, hoc est, duri. Procul dubio respexit Auctor ad illud *Lucretii:*

Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset.

Doctissimus *Iungermanus* contendit, esse legendum σκιῤῥογέροντες, vt τυμβογέροντες, ὠμογέροντες.

IDEM.

Ingenii capitalis ille *Heinsius* meus scrib. vult σκληροὶ γέροντες. Et apud *Aristotelem*, ait, et alios, vox σκληρὸς et ἄγριος semper fere περὶ τῶν ἀνδρῶν coniungitur. Nollem a miraculo isto hominis vlla in re dissentire, sed tamen, vt ipsius coniecturam non improbo, πεκῆ γι δῶ· ita, (quod e-

menda-

ρὰς ἔχοντες, καὶ ἠξίουν δικαιολογήσασθαι[16]) περὶ τῶν γεγενημένων. Ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀξιούντων, δικασὴν καθίζουσι Φιλητᾶν τὸν βουκόλον. πρεσβύτατός τε γὰρ ἦν τῶν παρόντων, καὶ κλέος εἶχεν ἐν τοῖς κωμήταις δικαιοσύνης περιττῆς.

ΚΕΦΑΛ. ί.

Πρῶτοι δὲ κατηγόρουν οἱ Μηθυμναῖοι σαφῆ καὶ σύντομα, βουκόλον ἔχοντες δικασήν. „Ηλθομεν εἰς τόδε τὸ ἄγρυδιον θηράσαι θέλοντες, τὴν

mendationis eius bona pace dixisse velim) illud a me exsculptum: σκιῤῥογίροντες (vt τυμβογίροντες, ἀμογίροντες caet.) Nescio, quomodo magis blanditur atque placet, scilicet μωμόμεθα τοῖς ἐγκωμασι. Habeo praeter ea magnum adprobatorem τὸν περὶ τὰ τοιαῦτα ἀκριβέστατον *Rhodomanum*.

IVNGERM.

Nihil muto. Quamquam σκιῤῥὸς vocabulum est medicum, apud *Hippocratem* et *Galenum* pluribus locis obuium, transit tamen, vt multa eiusdem generis, ad alias etiam notiones, quae similitudinem aliquam habent. Quum definierit *Galenus* in *Hippocratem de ratione victus* σκιῤῥὸν ὄγκον ἀνώδυνον et *Meth. Med.* L. XIV, c. 6. ὄγκον σκληρὸν, ἀνώδυνον, ὃ μὴν ἀναίσθητόν γε πάντως, apparet σκιῤῥὸν nonnumquam nihil esse, nisi *induratum, callosum*, rectequede hominibus agrestibus dici, quorum cutis multo labore densior facta obduruerit. Sequitur enim: χεῖρας ἐκ γεωργικῶν ἰσχυρὰς ἔχοντες. Accedit, quod *Hesychius* voc. σκιῤῥᾶται describit: σκιῤῥός ἐστιν ἡ λατύπη, i. e. caementum, siue minora frusta lapidum, quibus soliditas structurarum in muris durior efficitur, vt vix particulam decutias;

vt

ribus renitendo, retinentes, vt in iudicio de facto cognoſceretur, volebant: cui ſententiae aliis aſtipulantibus, iudex conſtituitur Philetas ille bubulcus: ipſus enim erat praeſentium natu maximus, nec non inter paganos, iuſtitiam illum religioſe colere fama erat.

CAPVT X.

Primi autem Methymnaei hunc bubulcum ſortiti iudicem, perſpicuam, conciſamque inſtituunt accuſationem, hunc in modum. Venandi gratia hoſce

vt nihil dicam, eumdem *Heſychium* σκιῤῥώσασθαι expoſuiſſe per ἀποσκληρῦσθαι. Sunt igitur σκίῤῥοι iidem, qui σκληροί.

BODEN.

16) Δικαιολογήσασθαι] Laxius hoc verbum accipias, quomodo a *Luciano* vſurpatum *Budaeus* in Commentariis Gr. L. p. 58. teſtatur, vbi ἐδικαιολογεῖτο πρός με redditur: *amice expoſtulabat, quod ei iniuriam intuliſſem.* Neque aliter ſumenda vox τῷ δικαστῇ, quae reſpondet hoc quidem loco vocabulo διαιτητῇ ſiue ἐπικριτῇ, et quidem non ex eorum genere, qui κληρωτοί, *ſortito electi e magiſtratibus*, dicebantur, ſed qui αἱρετοὶ ſiue οἱ καθ' αἵρεσιν conſenſu litigantium delecti, non vero a magiſtratu dati, de rebus ex aequo bona fide cognoſcebant, cum Romanorum compromiſſariis comparandi. Diſtinguit quidem *Harpocration* voc. διαιτητάς arbitros a iudicibus: Εἰσὶ δὲ οἱ διαιτηταὶ ἕτεροι τῶν δικαστῶν. Non tamen vbique δικαστὴς adeo anguſtis fori cancellis circumſcribitur, vt arbitrum vel compromiſſarium excludat, qualem hic loci Philetas bubulcus agit, in quo legendo aetatem etiam reſpexere partes litigantes. Arbitros enim ſexageſimum annum

τὴν μὲν οὖν ναῦν λύγῳ χλωρᾷ δήσαντες ἐπὶ τῆς ἀκτῆς κατελίπομεν· αὐτοὶ δὲ διὰ τῶν κυνῶν ζήτησιν ἐποιούμεθα θηρίων. [1]) Ἐν τούτῳ πρὸς τὴν θάλασσαν αἱ αἶγες τοῦτο κατελθοῦσαι, τήν τε λύγον κατεθίουσι, καὶ τὴν ναῦν ἀπολύουσιν. Εἶδες αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ φερομένην, πόσων οἴει μεστὴν ἀγαθῶν; [2]) οἶα μὲν εὐθὺς ἀπόλωλεν [3]); οἷος δὲ κόσμος

annum apud Graecos exceſſiſſe oportebat, et inſigni probitate prae caeteris eminere. Vide *Poſſardum* de *magiſtratibus Athenienſ.* c. 8. IDEM.

[1]) Διὰ δὲ τῶν κυνῶν ζήτησιν ἐποιούμεθα θηρίων] *Ope canum indagabamus feras.* Innuit canes veſtigatores, qui Graecis dicuntur κύνες ἰχνευτικοὶ, etiam ξυνηλάται. Latinis odori, vel odoriſequi. Noſtratibus *Spoorhonden*, *Bracken*, *Bloethonden*, *Stowers*. Qui, vt ait *Cicero*, ad indagandum nati. Proprie tamen magiſtratus atque iudices dicuntur ζήτησιν ποιεῖν, dum in rem aliquam inquirunt, quod vulgus informationem facere dicit. *Plutarch.* Θαυμάσαιτις ἂν οἱ βελτιστοὶ, πολλὴν ἐποιήσαντο τὰ πράγματος ζήτησιν. MOLLVS.

[2]) Πόσων οἴει μεστὴν ἀγαθῶν] *Quam multis putas bonis plenam?* Ad eandem formam *Lucian.* in *Gallo.* πολὺ ὦ πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολὺ, πῶς εἶει καλόν? multam vim auri, Pythagora, vidi, multam, quam putas pulchri? IDEM.

[3]) Οἷα μὲν εὐθὺς ἀπόλωλεν] Non diſplicet diſcrepans lectio editionis Nealmenſis, vbi pro εὐθὺς ſubſtituitur ἑῶθεν, ſiue vela, ſiue veſtimenta, intellexeris. Veſtes enim, quas ipſe *Varro* de L. L. IV, 29. a velis deriuat, de velificatione nonnumquam adhibentur. *Iuuen.* XII, 67, 68. de

hoſce ingreſſi ſumus agros. Itaque noſtram nauim, vimine virenti in littore religatam, reliquimus; ipſimet canum ope feras indagaturi. Interea temporis huius caprae ad mare deſcendentes, et vimen depaſcuntur, nauimque ſoluunt. Tutemet in altum prouectam vidiſti, quantis putas bonis plenam? qualia ſtatim perierunt? qualis mundus caninus? quantum argenti? Agros quiſpiam horum,

de veſtimentis velorum vice paſſis:

Ventus adeſt: miſerabilis arte cucurrit
Veſtibus extentis.

Adde *Tacitum* Hiſt. V, 23. *Captae lintres ſagulis verſicoloribus, haud indecore pro velis iuuabantur.* Quo loco ſi quis malit cum Florentino codice legi *pro telis*, alium ſibi habeat *Taciti* locum *Annal.* II, 24. *Claudae naues raro remigio, aut intentis veſtibus, et quaedam a validioribus tractae, reuertere.* Malim tamen ipſas nautarum veſtes, quibus ſe contra tempeſtatis iniuriam defendebant, cilicia, vel alia integumenta, ſubintelligas. Quamquam enim remiges in monumentis antiquis frequentius nudi in opere verſantur, vt eo promtius ſua videantur obire munia: reliqui tamen nautae ſe contra ventorum impetum veſtimentis muniuerunt, in primis gubernator ſingulari ornatu fuit inſignis, in formam pallii, de quo ornatu nauclerico *Plautus* agit *Mil. Glor.* IV, 4, 41. Cf. *Scheffer* de *milit nau.* L. II. c. 5. et 7. Opinor igitur, Methymnaeos, depoſitis veſtibus exterioribus, quas in nauiculis reliquerint, ſe venatui dediſſe, vt eo promtiores agilioresque feras perſequerentur, illamque ipſam integumentorum iacturam hoc loco deploraſſe. Sequitur enim c. XI. ἀλλ' ἐσθὴς ἐνίκησε καὶ ἄργυρος.

BODEN.

p. 45. κόσμος κυνῶν·4) ὅσον δὲ ἀργύριον·5) τὰς ἀγρὰς ἄντις τέτων ἐκεῖνα ἔχων ὠνήσατο. Ἀνθ' ὧν ἀξιῶμεν ἄγειν τῆτον, πονηρὸν ὄντα αἰπόλον, ὃς ἐπὶ τῆς θαλάττης νέμει τὰς αἶγας ὡς ναύτης. Τοιαῦτα οἱ Μηθυμναῖοι κατηγόρησαν.

ΚΕΦΑΛ. ια'.

Ὁ δὲ Δάφνις διέκειτο μὲν κακῶς ὑπὸ τῶν πληγῶν, Χλόην δὲ ὁρῶν[1]) παρῆσαν, πάντων κατεφρόνει. Καὶ ᾧδε εἶπεν· Ἐγὼ νέμω τὰς αἶγας καλῶς. Οὐδέ ποτε ἠτιάσατο κωμήτης οὐδὲ εἷς,[2]) ὡς ἢ κῆπον αὖξ ἐμὴ κατεβοσκήσατο, ἢ ἄμπελον βλαστάνουσαν κατέκλασεν. Οὗτοι δὲ εἰσι κυνηγέται πονηροὶ καὶ κύνας ἔχουσι κακῶς πεπαιδευμένους· οἵτινες τρέχοντες[3]) πολλὰ, καὶ ὑλακτοῦντες σκληρὰ, κατεδίωξαν αὐτὰς ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων ἐπὶ τὴν θάλασσαν,[4]) ὥσπερ λύκοι. Ἀλλὰ ἀπ-

ἐφαγον

4) Οἷος δὲ κόσμος κυνῶν] *Xen.* de *venat.* κυνῶν δὲ κόσμος δέρμα, τελαμωνίαι, ἱμάντες. *Canum ornatus, collaria, cinctus, lora.*
MOLLVS.

5) Ἀργύριον] N. Ἀργυροῦν.
COLVMB.

1) Χλόην δὲ ὁρῶν] *Xenoph.* de *Venat.* ὅταν μὲν γάρ τις ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ ὁρωμένου ἅπας ἑαυτῷ ἐγὲ βελτίων.
IVNGERM.

2) Οὐδὲ εἷς] *Ne vnus quidem*, idem quod οὐδείς. *Plutarch.* in *Mario*: ὡς οὐδὲ εἷς. *Lucian.* de *mercede conduct.* ὡς τῦφος ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς. Non est, qui bonum facit, ne vnus quidem: οὐδὲ εἷς. Vsus huius dictionis, praecipuus est, cum quid factum esse, vel fieri posse diffitemur: quasi dixeris minime omnium, vel nullo modo. Apud Atticos frequenti

rum, illis instructus bonis, facile praestinauerit. Pro quibus ducere illum volumus, vtpote improbum caprarium, qui instar nautae iuxta mare suas pascit capras. Hunc in modum suam Methymnaei adornauerant accusationem.

CAPVT XI.

Verum Daphnis male habens, tot verberibus multatus, conspecta ibidem praesente Chloe, omnia haec susque deque habebat: atque ita fatus est. Ego equidem recte meas pasco capras. Ne vnus quidem incola huius pagi me culpauerit, mea quod capra vel hortum depauerit, vitemue germinantem defregerit. Mali sunt hi venatores, maleque institutos canes habent, qui illas multum currendo, ac duriter latrando, ad mare vsque de montibus ac campis instar luporum prosecuti sunt.

quenti est in vsu, tam in fine, quam initio periodi ἀδὲ εἷς, et μήτε εἷς, pro ἀδεὶς, et μηδεὶς. Quin inter vtramque vocem inseritur aliquando ἄν, quod ad sequens verbum referatur. *Demosth.* contra *Leptin.* Ὑμῶν τοίνυν, ἀδ' ἂν εἷς ἀδὴν ᾖ ἰδία τινὶ δοίη, ταῦτα ἀφέλοιτο πάλιν. Nemo quidem vestrum, vel, ne vnus quidem vestrum, quicquam vlli vnquam abstulerit, quod ei semel dederit.

MOLLVS.

3) Τρέχοντες] Ita recte *Mollus* edidit ex Vrsiniano codice, nam *Columb.* et *Iungerm.* scribunt: V. τρέχοντες. P. Editiones vero ante *Mollum* habuere τρύχοντες, quod plane nihil est.

BODEN.

4) Ἐπὶ τὴν θάλασσαν] Non ita recte abest articulus

ἔφαγον τὴν λύγον· ἃ γὰρ εἶχον ἐν ψάμμῳ πόαν,5) ἢ κόμαρον,6) ἢ θύμον.7) ἀλλὰ ἀπώλετο ἡ ναῦς ὑπὸ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς θαλάττης· ταῦτα χειμῶνος, οὐκ αἰγῶν, ἐστὶν ἔργα. ἀλλὰ ἐθὴς8) ἐνέκειτο καὶ ἄργυρος· καὶ τίς πιστεύσει νῦν
p. 46. ἔχων,9) ὅτι τοσαῦτα φέρουσα ναῦς, πεῖσμα εἶχε λύγον;

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Τούτοις ἐπεδάκρυσεν ὁ Δάφνις καὶ εἰς οἶκτον ὑπηγάγετο τοὺς ἀγροίκους πολύν· ὥστε ὁ Φιλητᾶς ὁ δικαστὴς ὤμνυε Πᾶνα καὶ νύμφας, μηδὲν ἀδικεῖν

Ius ab editione Molliana. Paullo ante ſuſpectum mihi videtur illud αὐτὰς, quod nimis remotum eſt. Melius reponas ᾶγας hunc in modum ſanato loco: Κατέδιωξαν ᾶγας ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πιδίων· ἐπὶ τὴν θάλατταν. IDEM.

5) πίαν] N. et V. λύγον. P. COLVMB.

6) Η κόμαρον] Κόμαρος *Plin.* comarus et comaron. Ita *Plinius* vnedonem vocat libr. 15. cap. 24. Arbor eſt, quae et arbutus, et fructus eiuſdem, qui primo exortu viret, deinde flaueſcit, maturus vero ruber, aſpero tactu, nullo intus oſciculo, ſagorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor eius inſipidus, et auſterus, linguam et palatum ſtimulans, vnde et vnedonis nomen factum, quod, vno comeſto, alter, vel tertius, non expetatur. *Mathiol.* Fructus hic cibus caprarum eſt. Hinc frequens eius apud poetas mentio. Apud *Virg. Georg.* 3. v. 300.

Poſt hinc digreſſus, iubeo frondentia capris,
Arbuta ſuſſicere, et fluuios praebere recentes.

Item in *Eclog.* 3.

Dulce

At tamen vimen sunt depastae: non habebant enim in sabulo herbam, aut arbutum, aut thymum. At nauis a vento atque mari periit; hoc tempestati, non autem capris imputandum venit. Sed vestimenta et argentum naui continebantur. At quis credat, si sapit, nauim tanta vehentem bona, pro rudente, vimen habuisse?

CAPVT XII.

His dictis illachrymans Daphnis, omnino ad misericordiam agricolas commouit: quamobrem Philetas iudicem agens, per Pana atque Nym-

 phas,

Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis.
Horat. libr. 1. od. 17.

Impune tutum per nemus arbutos
Quaerant latentes et thyma deuiae
Olentis vxores mariti.
Columell. libr. 7. cap. 6. enumerans caprarum cibos, ita inquit: Ea sunt arbutus, atque alaternus, cythisusque agrestis. *Pallad.* XII, 13. Hoedis arbuti, et lentisci cacumina sunt saepe praebenda, nec non hedera. MOLLVS. et IVNGERM.

frutex surculosus et dodrantalis, foliis canis, exilibus, multis, immortalibus ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitellis specie complicatarum formicarum, radice lignosa. Thymo mire delectantur apes, vsque adeo, vt *Plin.* lib. 12. cap. 18. dicat, apiarios prouentum mellis sperare, longe florescente thymo. MOLLVS.

7) Η θύμον] Θύμος et θύμον, thymus et thymum,

8) ἰσθὴς] Male in Iuntica ἰσθής. BODEN.

9) Νοῦν ἔχων] Mente praeditus, mentis compos, prudens, cordatus. Vsitata loquen-

ἀδικεῖν Δάφνιν, ἀλλὰ μηδὲ τὰς αἶγας· τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸν ἄνεμον, ὧν ἄλλος εἶναι δικαστάς. Οὐκ ἔπειθε ταῦτα Φιλῆτας Μηθυμναίοις λέγων· ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς ὁρμήσαντες, ἦγον τὸν Δάφνιν πάλιν, καὶ συνδεῖν ἤθελον. Ἐνταῦθα οἱ κωμῆται ταραχθέντες, ἐπιπηδῶσιν αὐτοῖς ὡσεὶ ψᾶρες,[1]) ἢ κολοιοί· καὶ ταχὺ μὲν ἀφαιρεῖνται τὸν Δάφνιν ἤδη καὶ αὐτὸν μαχόμενον· ταχὺ δὲ ξύλοις παίοντες, ἐκείνους εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. Ἀπέσησαν δὲ ὁ πρότερον, ἔς τε τῶν ὁρῶν αὐτοὺς ἐξήλασαν ἐς ἄλλους ἀγρούς. Διωκόντων δὲ τοὺς Μηθυμναίους ἐκείνων, ἡ Χλόη κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἄγει πρὸς τὰς νύμφας τὸν Δάφνιν, καὶ ἀπονίπτει τε τὸ πρόσωπον[2]) ἡμαγμένον ἐκ τῶν ῥινῶν ῥαγεισῶν ὑπὸ πληγῆς τινος, καὶ τῆς πήρας προκομίσασα ζυμήτε

quendi ratio difertioribus. *Demoſth.* pro corona: ἔστι οὔτις τοιαῦτα προσηλακίζει, οὐκ ἔχων ἡγοῦμαι, non arbitror, ſi quis paupertatem probris infectetur, mentis eſſe compotem. *Plut.* de cohibenda iracund. οὓς φασι νῦν μὲν ἔχειν, οἱ νῦν ἔχοντες.

MOLLVS.

[1]) Ὡσεὶ ψᾶρες] *Haud ſecus ac ſturni.* In nominat. dicitur ψὰρ, et ψάρος. *Euſtath.* παρὰ τὸ ψαίρειν, διακινῆσαι γὰρ τὰ παραπίπτοντα οἱ ψάρες ἐν τῷ διαχαράσσειν καὶ ζητεῖν τροφήν τινα κάτοθεν. Ab eo quod terram pedibus mouent et radunt, et obuia quaeque verrunt, dum alimentum ſibi quaerunt. Friſii *Staarg.* Belgae *Spreeuwe.* Alii a ψαίω, accelero. Sine dubio videtur auctor reſpexiſſe ad Homericum illud, quod habetur *Iliad.* ρ.

Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἴσχεται, ἠὲ κολοιῶν,
Οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε πρόσθ' αἰῶνα ἵωσιν

Κίρκον

phas, nullam iniuriam Daphnidem, aut pauperiem feciſſe capras, iurat: verum mare atque ventos eſſe in culpa, quorum alios eſſe iudices. Haecce Philetas dicendo non perſuadebat Methymnaeis: ſed prae ira irruentes, iterum ductum Daphnidem conſtrictumque volebant. Ibi vicani conſternati in illos haud ſecus ac ſturni graculique impetum fecerunt, ereptoque ſubito Daphnide, etiamnum et ipſo pugnante, illos tundendo baculis, mox in fugam conuerterunt. Neque ante deſtiterunt, quam illos per montes alios in agros expuliſſent. Interea dum illi Methymnaeos perſequuntur, placide admodum Chloe, ad Nymphas deducto Daphnide, faciem eius aſperſam ſanguine, naresque ictu contuſas, abluit, atque e pera fermentati particulam panis

Κίρκον, ὅτε σμικρῆσι φόνου φέρει ὀρνίθεσσι.

Horum autem ſicut ſturnorum agmen venit, vel graculorum,
Acute vociferantes, quando vident accedentem
Accipitrem, qui parvis caedem affert auibus.

Gregatim hae aues plerumque volant. Eſt enim, inquit *Plinius*, ſturnorum generi proprium, cateruatim volare (quod apud nos autumni hora fieri conſueuit) et quodam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Ita, vt optime huic loco quadret haec ſimilitudo.

IDEM.

2) Ἀπονίπτω τε τὸ πρόσωπον] Vide quae notata ſunt ſupra. Vulnerati ac caeſi abluebantur. *Act.* 16. §. 33. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν. Atque ille eos eodem noctis veſtigio cepit, et a plagis abluit.

IDEM.

3) Zu

p. 47. τὸ μέρος,3) καὶ τυρῶ τιμήματί τι, δίδωσι φαγεῖν. Τότε μάλιστα ἀνακτησαμένη αὐτὸν, φίλημα ἐφίλησε μελιτῶδες ἄπαλοῖς τοῖς χείλεσι. Τότε μὲν δὴ παρὰ τοσοῦτον Δάφνις ἦλθε κακῶ.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Τὸ δὲ πρᾶγμα ἐ ταύτῃ πέπαυτο, ἀλλ' ἐλθόντες οἱ Μηθυμναῖοι μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν, ὁδοιπόροι μὲν ἀντὶ ναυτῶν, τραυματίαι δὲ ἀντὶ τρυφώντων,1) ἐκκλησίαν τε συνήγαγον τῶν πολιτῶν, καὶ ἱκετηρίας θέντες,2) ἱκέτευον τιμωρίας ἀξιωθῆναι· τῶν μὲν ἀληθῶν λέγοντες οὐδὲ ἓν, μὴ καὶ προσκαταγέλαστοι γένοιντο, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παθόντες ὑπὸ ποιμένων· κατηγοροῦντες δὲ Μιτυληναίων ὡς τὴν ναῦν ἀφελομένων. καὶ τὰ χρήματα ἁρπασάν-

3) Ζυμίτα μέρος] Subaud. ἄρτου. ἄρτος ζυμίτης, vel ζυμήτης panis fermentatus. Et apud *Etymolog.* ἄρτοι ζυμῆται, sunt etiam οἱ μεγάλοι panes grandes. *Athenaeus* libr. 3. cap. 27. καὶ ξωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσι. Νασὲς ἄρτος ζυμίτης καλεῖται μέγας. Artos Romani panem vocant. Naston panem fermentatum, et eum magnum.

IDEM.

Qui *Athen.* Ill. et *Pollu-ci* ζυμίτης, cui iidem opponunt ἄζυμον.

IVNGERM.

1) Τρυφώντων ἐκκλησίαν] Auctius Florent. et V. Τρυφώντων καὶ ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων τότε εἰς βοήθειαν ἥκειν ἱκέτευον, ἐκκλ. P.

COLVMB. et IVNGERM.

2) Ἱκετηρίας θέντες] *Peracta supplicatione. Plut.* τιθέναι τῷ θεῷ ἱκετηρίαν, peragere Deo supplicationem. ἱκετηρία interdum generaliter sumitur pro supplicatione,

prolatam, caseique frustulum, dat illi comedendum. Cum iam maxime illum recreasset, osculum tenellis mellitum fixit labiis. Tum autem eo malorum venerat Daphnis.

CAPVT XIII.

Sed finis eo modo huius negotio nequedum impositus erat: nam Methymnaei magna cum difficultate domum suam, pro nautis viatores pedestres, atque pro deliciis, vulneribus onusti, redeuntes, in concionem suos coegerunt ciues, peracta supplicatione, orabant supplices, vt digna sibi illata iniuria vindicta habeatur, ne quidem verbum vllum verum praedicantes: ne sint insuper ludibrio hisce et id genus aliis a pastoribus iniuriis affecti;

ne, seu, vt veteres loquebantur, pro suppliciis. Vnde *Herodian.* libr. 7. ἱκετηρίας θαλλὰς, supplicationis ramos, hoc est, qui supplicationi adhiberi solent. *Isocrat.* de pace: ἱκετηρίας πολλὰς, καὶ δεήσεις ποιούμενοι, multas supplicationes precesque facientes; in quo significatu hic sumitur: nisi arbitremur θέντες pro τείνοντες hic fuisse scriptum, siue προτείνοντες. Est enim ἱκετηρία alias ramus oleae lana obuolutus, quem supplices gestabant, et praetendebant. *Aristoph.* in *Plut.* ἱκετηρίαν ἔχοντα, vid. ad haec Scholiast. *Herod.* ἱκετηρίαν λαβών. *Liu.* Oratores ad Romanos cum infulis et velamentis miserunt. Quod Historici Graeci dicunt. ἱκετηρίαν ἔπεμψαν, legatos supplices miserunt. *Xiphil.* in Vitell. *Zosimus* libr. 3. ἐπεὶ δὲ ἱκετηρίαν αὐτὸς ἐλεεινῶς προτεινομένους, cum miserabilem in modum supplices factos.

πασάντων πολέμῳ νόμῳ. 3) Οἱ δὲ πιστεύοντες διὰ τὰ τραύματα, καὶ νεανίσκοις τῶν πρώτων οἰκιῶν παρ' αὐτοῖς τιμωρῆσαι δίκαιον νομίζοντες, Μιτυληναίοις μὲν πόλεμον ἀκήρυκτον 4) ἐψηφίσαντο· τὸν δὲ στρατηγὸν ἐκέλευσαν δέκα ναῦς καθελκύσαντα κακῶργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν. 5) Πλησίον γὰρ χειμῶνος ὄντος, ἐκ ἀσφαλὲς ἦν 6) μείζονα στόλον 7) πιστεύειν τῇ θαλάσσῃ. Ὁ δὲ εὐθὺς τῆς

dos. *Idem* libr. 1. ἱκετηρίας ἀπὸ τῶν τείχων προτεινομένας, cum de muro porrigebant ſupplices.

MOLLVS.

3) Πολέμῳ νόμῳ] *Iure belli.* Vel more hoſtium: Νόμος enim pro vtroque ſumitur. *Herodian.* libr. 2. dicit πολεμίῳ νόμῳ· κυκλώσασθαι αὐτὸς πολεμίῳ νόμῳ. *Circuirent vniuerſos more hoſtium.* IDEM.

4) Πόλεμον ἀκήρυκτον] *Bellum per praeconem, ſeu caduceatorem non indictum. Herodot.* ἀκήρυκτον πόλεμον Ἀθηναίοισι Αἰγινῆται ἐπέφερον. Aeginetae bellum Athenienſibus non indictum, non denuntiatum, intulerunt. Hic videtur ſumi pro bello acerrimo, et quod ſummis odiis geritur, ita, vt caduceator minime interueniat. Sic apud *Cteſiphont.* ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ἡμῖν ὁ πρὸς Θεατὰς πόλεμος.

IDEM.

5) Κακῶργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν] Vaſtare, populari, maritimam illorum oram. Verbum hoc, praeter receptam ſignificationem, notat hic vaſtare: et dicitur peculiariter de praedonibus atque hoſtibus. *Thucyd.* libr. 2. τῶν μὴ λῃσὰς ἐκπλέοντας ἐξ ὁπωστοῦν, καὶ τῆς ἄλλης λοκρίδος, κακῶργεῖν τὴν Εὔβοιαν, vt damno afficerent, vaſtarentque Euboeam. Sic libr. 3. Τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακῶργεῖν, loca propinqua ciuitati praedationibus, et incurſionibus infeſtare. *Xiphilin.* libr. 8. in Commod. καὶ

accusantes autem Mitylenaeos ac si iure belli nauim ademissent, et reliqua bona rapuissent. Hi vero fide habita ob vulnera illa, nec non aequum censentes ire vltum iuuenibus, illustri apud illos loco natis, illatam iniuriam, acerrimum Mitylenaeis inferre bellum decreuerunt, belli praefectum iubentes, nauibus deductis decem, maritimam praedationibus atque incursionibus infestare oram. Non enim tutum

καὶ πολλὰ κακῶς εἰργασμένων (τῶν βρεττάνων) cum Britanni multa vastassent. IDEM.

6) Οὐκ ἀσφαλὲς ἦν] Hv deest in editt. Iuntica, Commel. Iungerman. BODEN.

N. Οὐκ ἦν ἀσφαλές. COLVMB.

7) Στόλον] Ante paulo dixit δέκα ναῦς. Recte itaque haec nauium multitudo classis appellari poterit. Quippe, si pauciores fuissent, nomen classis mereri non potuisset. Sex sane non constituunt. (Mira narrat. BODEN.) *Florus* libr. I. cap. II. Extant et parta de Antio spolia, quae Maenius in suggestu fori, capta hostium classe, suffixit. Si tamen illa classis, nam sex fuere rostratae. Est autem Classis, seu exercitus naualis, vt optime definit clariss. *Ioannes Scheferus*, libr. 2. *de militia nauali*, iusta ordinataque nauium expeditarum, id est, armis, viris, nautis, ac remigibus probe instructarum, multitudo, quae fines hostium, non furtim latrocinantium more, sed palam et aperte audet inuadere. Graecis στόλος dicitur, ἀπὸ τῦ στέλλειν, hoc est, mittere. Hinc saepe ipsaemet copiae, quae στέλλονται, hoc nomine veniunt. Aliquando στέλλειν idem est, quod πλεῖν nauigare, auctore *Scholiast. Eurip. in Hecuba.* A Latinis classis dici ab equitibus coepit, cum primum stipendia in eam contribuerent. Proprie enim, inquit

tum

p. 48. τῆς ἐπιδύσης ἀναγόμενος αὐτερέταις στρατιώταις,8) ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῶν Μιτυληναίων ἀγροῖς. Καὶ πολλὰ μὲν ἥρπαζε ποίμνια, πολὺν δὲ σῖτον, καὶ οἶνον ἄρτι πεπαυμένε τε τρυγητε· καὶ ἀνθρώπους δὲ ἐκ ὀλίγους, ὅσοι τότων ἐργάται. Επέπλευσε καὶ τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς καὶ τε Δάφνιδος· καὶ ἀπόβασιν ὀξεῖαν θέμενος, λείαν ἤλαυνε9) τὰ ἐν ποσίν.10)

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

Ο μὲν Δάφνις ἐκ ἔνεμε τὰς αἶγας, ἀλλὰ ἐς τὴν ὕλην ἀνελθών, φυλλάδα χλωρὰν ἔκοπτεν, ὡς ἔχοι τὴν1) τε χειμῶνος παρέχειν τοῖς ἐρίφοις τροφήν· ὥσε2) ἄνωθεν θεασάμενος τὴν καταδρομὴν, ἐνέκρυψεν ἑαυτὸν στελέχει καὶ ξύλῳ ξηρᾶς

quit *Seruius*, classes equitum dicimus. Alii ἀπὸ τῶν κάλων, a lignis, dictam volunt. *) Vnde et vnam aliquando nauim classem veteres appellauere. *Horat.* libr. 3. Od. 11.

Me vel extremos Numidarum in agros Classe veleget.

Scholiast. Apoll. ad vers. 704. στόλον τὸ τῆς μιᾶς νεὸς πλῆθος εἶπε, multitudinem vnius nauis classem dixit.

MOLLVS.

*) Quis absurdam hanc esse *classis* etymologiam neget, in triuio edoctus, dici a καλεῖν s. kalando, multitudinem ad comitia, vel expeditionem bellicam conuocatam? Pro κλῆσις vocata est κλᾶσις, ac duplicato sibilo classis.

BODEN.

8) Αυτερέταις στρατιώταις] Lege αὐτερέταις, quippe perperam apud *Pollucem* lib. 1. περὶ πλοίων legitur ἀντερέτης, pro αὐτερέτης. Apud *Thucyd.* recte αὐτερέτης, vt et

tum erat, imminente hyeme, maiorem mari committere classem. Hic confestim die sequenti militum classicorum ope in altum prouectus, Mitylenaeorum agros mari proximos inuadens, multos greges, multum frumenti ac vini, paulo ante finita vindemia, hominesque non paucos, quicunque suam illis operam nauarunt, rapiebat. Inuadebat et sua classe Chloes atque Daphnidos agros: egressusque, quanta celeritate posset, quaeuis obuia agebat, ferebatque.

CAPVT XIV.

Verum Daphnis non pascebat capras, sed in syluam digressus, frondem amputabat virentem, quo hiberno haberet tempore, quod subministraret pabulum hoedis: quare e sublimi incursione hac conspecta, semet trunco et sub lignis aridae scissimae

et apud *Suidam*: αὐτερέται, οἱ ἐλαύνοντες, καὶ μαχόμενοι. Οἱ αὐτοὶ καὶ ἐρέται, καὶ ὁπλῖται, qui remigant, et pugnant, data occasione. Qui sunt iidem et remiges, et milites. *Eustath.* οἱ αὐτερέται δὲ ἄλλο τι δηλοῦσιν. ὅτι δηλαδὴ οἱ αὐτοί, ἐρέται εἰσὶ, καὶ ὁπλῖται. MOLLVS.

9) Λείαν ἤλαυνε] In V. est hoc scholion: εἰ μὲν ἔλαβε, τὸ λει διφθογγον. εἰ δὲ μὴ, ἴῶτα. ÇOLVME.

10) Τὰ ἐν ποσὶν] *Quae sunt inter pedes*, proprie, vel *ante pedes*. *Hom.* dixit προπάροιθε ποδῶν. *Pindar.* παρὰ ποδός. Hoc loco τὰ ἐν ποσὶν, quae ante pedes erant, hoc est, obuia quaeque: quaecunque occurrebant. *Thucyd.* τὴν ἐν ποσὶν ἀεὶ αἱρεῖν κώμην, obuium semper quemque vicum capere. MOLLVS.

1) Τὴν] Deest in plerisque editis. BODEN.

2) Τροφήν· ὥστε] V. τροφήν· καὶ

ξηρᾶς ὀξύνης. 3) Ἡ δὲ Χλόη παρῆν ταῖς ἀγέλαις· καὶ διωκομένη καταφεύγει 4) πρὸς τὰς νύμφας ἱκέτις, καὶ ἐδέητο φείσασθαι καὶ ὧν ἔνεμε, καὶ αὐτῆς διὰ τὰς θεάς· 5) ἀλλ' ἦν ἀδὲν ὄφελος. οἱ γὰρ Μηθυμναῖοι πολλὰ τῶν ἀγαλμάτων κατακερτομήσαντες, 6) καὶ τὰς ἀγέλας ἤλασαν, καὶ κείνην ἤγαγον ὥσπερ αἶγα ἢ πρόβατον παίοντες λύγοις.

p. 49. Ἔχοντες δὲ ἤδη τὰς ναῦς παντοδαπῆς ἁρπαγῆς μεστὰς, ἐκέτ' ἐγίνωσκον περαιτέρω 7) πλεῖν, ἀλλὰ τὸν οἴκαδε πλοῦν ἐποιοῦντο, καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τοὺς πολεμίους δεδιότες. Οἱ μὲν οὖν ἀπέπλεον εἰρεσίᾳ ταλαιπωροῦντες· 8) ἄνεμος γὰρ οὐκ ἦν.

ΚΕΦΑΛ.

καὶ ὅστε P. al. V. non habet καὶ. COLVMB.

3) Ὀξύνη, vel ὀξύα et ὀξύη] Ion. arbor apud Theophraſtum abieti non multum abſimilis, cui folium eſt ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου καὶ οἷς ὀξὺ συνηγμένον, vnde et denominata eſt. Gaza vertit Sciſſima. Alii ſagum eſſe dicunt. MOLLVS.

Στιλίχνα ξύλῳ ξηρᾶς ὀξύνης. An rectius ξύλου? Caeterum ὀξύας eruditi fagum *Theophraſti* exponunt, a quibus et *Caſaub.* 4. ad *Athen.* 25. non diſſentit. *Gloſſ.* ſagus, ὄξεινον leg. puto; ſaginus, ὀξύινος. Quidam et carpinum volunt. Sed de his viderint βοτανολόγοι· ἐγὼ δὲ ἐφ' οἷς μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ, vt ait *Sophocl.* Niſi hoc adnotandum videtur ex oxya haſtas fabricatas, et inde eſſe, quod *Hom.* ἔγχεα ὀξυόεντα vocet, vt Il. Υ. Odyſſ. τ. Docet *Porphyr.* ὁμηρ. ζητημ. ιά. ἀλλ' ἐπεὶ μελίη τὸ δόρυ ἀπὸ τοῦ δενδρου τῆς μελίας δῆλον, ὡς καὶ τὸ μειλινὸν ἔγχος ἐκ μελίας τοῦ δένδρου, οὐ μὴν ὡς οἱ πολλοὶ τὸ μακρὸν καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα, ἐξ ὀξύης τοῦ δένδρου ὡς καὶ Αρχίλοχος ὀξύη ποτᾶτο ἀλλ' οὐ τὰ ὀξία, ὡς οἱ γραμματικοὶ ἀποδείκασι. Quibus poſſunt addi

mae occultauit. Chloe aderat gregibus: et cum illam perſequerentur, ſupplex ad Nymphas confugiens, orabat, vt et illis, quos paſceret, gregibus, atque ſibi propter Deas parcerent. Sed ne hilum quidem profecit precando. Quippe haud paucis conuiciis atque probris ex Dearum ſimulacris laceſſitis, Methymnaei greges abegerunt, et illam ipſam non aliter, quam capram, aut ouem, virgis feriendo prae ſe egerunt. Illi naues ſuas iam praeda omnigena onuſtas habentes, non vlterius nauigare decernebant; ſed domum, hyemem hoſtemque timentes, dirigebant. Itaque ſoluebant inde, ſumma ope remis incumbentes, vento vtpote non illis operam dante.

CAPVT

addi iam ab aliis allata loca *Heſychii*: ὀξυόεντι, ὀξεῖ, ἢ ὀξύνω. ὀξεία δὲ εἶδος δένδρου. et *Euſtathii* Homerici interpr. κατὰ τὴν ὀξύαν τὸ φυτὸν, ἀφ' ἧς καὶ βέλη κατά τινας ὀξυόεντα.

IVNGERM.

Καὶ deeſt in *Iungermaniana*. BODEN.

4) Καταφεύγει] In editis: φεύγει. IDEM.

V. καταφεύγει. P. COLVMB. et MOLLVS.

5) Διὰ τὰς θεὰς] Articulus abeſt a Molliana. BODEN.

6) Κατακερτομήσαντες] *Maledictis inceſſentes*, vel *deridentes*. Odyſſ. N.

— σὲ δέ κερτομέεσαν ὀΐω.
Te autem illudentem puto:

Proprie verbis cor ſcindo. Vnde κέρτομος λόγος, ὁ κέαρ τέμνων, inquit *Euſtath.* Θυμοδάκης.

MOLLVS.

Καθάπερ τομήσαντες.

IVNGERM.

7) Περαιτέρω] Codex meus habebat παραιτέρω.

MOLLVS.

8) Εἰρεσίᾳ ταλαιπορεῖντες] *Remigatione perfungentes.* *Thucyd.* lib. I. ἐ δὲ βυλομέ-

νοις

ΚΕΦΑΛ. ιέ.

Ὁ δὲ Δάφνις, ἡσυχίας γενομένης, ἐλθὼν εἰς τὸ πεδίον ἔνθα ἔνεμον, καὶ μή τε τὰς αἶγας ἰδὼν, μή τε τὰ πρόβατα καταλαβὼν, μήτε Χλόην εὑρὼν, ἀλλὰ ἐρημίαν πολλὴν, καὶ τὴν σύριγγα ἐρριμμένην, ᾗ συνήθως ἐτέρπετο ἡ Χλόη, μέγα βοῶν καὶ ἐλεεινὸν κωκύων,[1]) ποτὲ μὲν πρὸς τὴν φηγὸν ἔτρεχεν ἔνθα ἐκαθέζετο· ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὡς ὀψόμενος αὐτήν· ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰς νύμφας, ἐφ' ἃς ἑλκομένη κατέφυγεν.[2]) Ἐνταῦθα καὶ ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ, καὶ ταῖς νύμφαις ὡς προδόσαις κατεμέμφετο.[3]) Ἀφ' ὑμῶν ἡρπάσθη Χλόη, καὶ τοῦτο ἰδεῖν ὑμεῖς ὑπεμείνατε; ἡ τὰς

νοις ταλαιπωρεῖν, cum laboribus illis perfungi nollent. Aliquando ταλαιπωρεῖν, eſt vexari. *Greg.* ὑπαιθρίοις κρυμοῖς, καὶ ὄμβροις ταλαιπωρεῖν, ſubdialibus frigoribus, imbribusque vexari.

IDEM.

[1]) Κωκύων] *Plorans.* Codex habebat κοκκύων. *Hom.* Il. τ. v. 284.

Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, λίγ' ἰκώκυε.
Circa ipſum (Patroclum) fuſa ſtridule lamentabatur Briſeis.

Il. χ. 407.

Κώκυσεν δὲ μάλα μέγα κατεμέμφετο.

IDEM.

Leg. κωκύων, vel κοκκύζων. Prius placet.

IVNGERM.

Praeter Iungermanum etiam Commelinus ediderat κοκκύων, quod merito emendandum fuit. Apud *Homerum* tamen non niſi de feminis adhibetur κωκύειν, de Briſeide, Hecuba, Thetide, Penelope, Troianisque mulieribus. In *Achille Tatio* vero L. I. c. 13. etiam de Clinia ponitur: Διολύγιον ἰκώκυσε. BODEN.

[2]) Ἐφ' ἃς ἑλκομένη κατέφυγεν] Verti: *ad quas illa ſe vertens,*

CAPVT XV.

Daphnis, iam tranquillitate oborta, ingressus campum, vbi pascere solebant, sed neque conspectis capris, neque deprehensis ouibus, neque inuenta Chloe, sed vbique magna solitudine, et proiecta fistula, qua se pro more oblectabat Chloe, magno clamore, miserabilique ploratu edito, nunc cursu contendebat ad fagum, vbi sederat: nunc vero ad mare, tanquam visurus illam: aliquando ad Nymphas, ad quas illa se vertens confugerat. Ibi sese prostrauit humi, proditionis Nymphas insimulans. In conspectu vestro rapta est Chloe, idque videre oculis vestris sustinuistis? Illa quae vobis texere coronas;

vertens, confugerat, vt subaudiatur ἑαυτήν. Vsus enim *Hom.* actiua significatione est Il. λ. 582.

Αὐτίκα τόξον ἕλκετ' ἐπ' Εὐρυπύλῳ.

Statim tendebat et vertebat arcum aduersus Eurypylum.

At si pass. sign. capias, expones τὸ ἑλκομένη, quum traheretur. Quod nequaquam improbo. Aduertendum est hoc verbum de iis dici, qui ad templa et ad aras confugiunt. *Pausan.* libr. 5. Αἴας ἕλκων κάσσανδρον ἀπὸ τῆ ἀγάλματος τῆς Ἀθηνᾶς, et libr. 10. αὐτὴν (κάσσανδραν) ὁ Αἴας ἀφεῖλκε. *Virg.* Aeneid. 2.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus a templo.

In verbo quippe inest contumelia, trahi enim noxiorum est.

MOLLVS.

3) Κατεμέμφετο] In antiquissimis editionibus legitur ἐμέμφετο.

BODEN.

V. κατεμέμφετο. P.

COLVMB.

τὰς στεφάνας ὑμῖν πλέκουσα· ἢ σπένδουσα τῷ πρώτῳ γάλακτος. 4) Ης καὶ ἡ σύριγξ 5) ἥδε ἀνάθημα. Αἶγα μὲν ἀδὲ μίαν μοι λύκος ἥρπασε, πολέ-
p. 50. μιοι δὲ τὴν ἀγέλην καὶ τὴν συννέμουσαν. Καὶ τὰς μὲν αἶγας ἀποδέρσει, καὶ τὰ πρόβατα καταθύσει· Χλόη δὲ πόλιν οἰκήσει. 6) Ποίοις ποσὶν ἄπειμι παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, ἄνευ τῶν αἰγῶν, ἄνευ Χλόης, λειπεργάτης ἐσόμενος; ἔχω γὰρ νέμειν ἔτι ἀδέν. Ενταῦθα περιμένω 7) κείμενος ἢ θάνατον ἢ πολέμιον 8) δεύτερον. Αρα καὶ σὺ Χλόη τοιαῦτα πάσχεις; ἆρα μέμνησαι τῷ πεδίου τῷδε, καὶ τῶν νυμφῶν τῶν δὲ, 9) κἀμοῦ; ἢ παραμυθῆναί σε τὰ πρόβατα καὶ αἱ αἶγες αἰχμάλωτοι μετὰ σοῦ γενόμεναι;

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

Ταῦτα 1) λέγοντα αὐτὸν, ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης, ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει· καὶ αὐτῷ αἱ τρεῖς ἐφίσανται νύμφαι, μεγάλαι γυναῖ-

4) Η σπένδουσα τῷ πρώτῳ γάλακτος] Crebro lactis mentio in vsu sacrorum. *Theocrit.* εἰδ. 5.

Στάσω δὲ κρητῆρα μίγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις.
Statuam craterem magnum albi lactis
Nymphis.

Plut. in Rom. ἐπισπένδουσι γάλα τοῖς ἱεροῖς. Firmat hoc *Maro*, cuiusuis antiquitatis tenacissimus, *Eclog.* 5.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis etc.

Quale lac Graeci Νιόβδαλτον, et Νιαλὶς γάλα vocant. In sacrificio Mithridatis facto Ioui militari, etiam lac adhibitum fuisse refert *Appianus.* MOLLVS.

Perti-

ronas; illa, quae vobis primitias lactis libare assolet, cuius etiam haecce fistula vobis dicata pendet. Nullam quidem lupus mihi capram eripuit; sed hostes gregem, et illam, quae vna pascebat mecum. Quin capras excoriabunt, et oues immolabunt; Chloe deinceps in ciuitate habitabit. At quibus pedibus patrem et matrem, operis desertor, sine capris, sine Chloe adibo? Amplius quod pascam non habeo. Hic iacens, aut mortem, aut alterum hostem exspecto. An tu talia pateris Chloe? Meministine amplius huius campi, Nympharum harum, atque mei? Num tibi etiam solatium capellae, ouesque vna tecum in captiuitatem abductae, praebent?

CAPVT XVI.

Haec ipsum dicentem post lacrimas et moerorem, somnus profundus occupat, atque tres illae Nymphae, mulieres procerae et formosae, semi-

Pertinent Nymphae cum reliquis diis rusticis ad Numina ἄοινα, quibus pro vino lac libatum. Vid. *Stuck.* de *sacrif.* p. 72. BODEN.

5) Ἡ σύριγξ] Articulus deest in *Iungerm.* IDEM.

6) Πόλιν οἰκήσει] Πόλιν λοιπὸν οἰκήσει. IVNGERM.

7) Περιμένω] Coniectura Iungermani περιμενῶ, omnino probanda. BODEN.

8) Πόλεμον] Leg: πολέμιον. MOLLVS.

9) Τῶν δὲ] Coniectura edit. Nealmensis τῶνδε. BODEN.

1) Ταῦτα] V. τοιαῦτα. P. IDEM.

2) Μέ-

γυναῖκες καὶ καλαί·[2]) ἡμίγυμνοι καὶ ἀνυπόδετοι·[3]) τὰς κόμας λελυμέναι· καὶ τοῖς ἀγάλμασιν ὁμοίαι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐῴκεσαν ἐλεῦσαι τὸν Δάφνιν· ἔπειτα ἡ πρεσβυτάτη λέγει ἐπιβρωννύουσα. Μηδὲν ἡμᾶς μέμφου Δάφνι· Χλόης γὰρ ἡμῖν μᾶλλον
p. 51. ἢ σοι μέλει. Ημεῖς καὶ παιδίον ὄσαν αὐτὴν ἠλεήσαμεν, καὶ ἐν τῷ δε[4]) τῷ ἄντρῳ κειμένην αὐτὴν ἀνεθρέψαμεν. Εκείνη πεδίοις κοινὸν ἐδὲν ἔχει[5]) καὶ τοῖς προβατίοις τὸ Λάμωνος.[6]) Καὶ νῦν δὲ ὑμῖν πεφρόντικα τὸ κατ' ἐκείνην· ὡς μήτε εἰς τὴν Μήθυμναν κομισθεῖσα δουλεύοι, μήτε μέρος γένοιτο λείας πολεμικῆς. Καὶ τὸν Πᾶνα ἐκεῖνον τὸν ὑπὸ τῇ πίτυϊ ἱδρυμένον, ὃν ὑμεῖς ἐδέποτε ἐδὲ ἀνθεσιν ἐτιμήσατε, τοῦτον[7]) ἐδεήθημεν ἐπίκουρον γενέσθαι Χλόης· συνήθης γὰρ στρατοπέδοις[8]) μᾶλλον ἡμῶν, καὶ πολλὰς ἤδη πολέμους ἐπολέμησε τὴν ἀγροικίαν κατα-

[2]) Μεγάλαι γυναῖκες] *Homerus* ait, Vlyſſem apparuiſſe μείζονα, maiorem. Dabant quippe veteres ſuis diis corpus maius corporibus mortalium.

MOLLVS et IVNGERM.

Sic *Achilles Tat.* L. I. Εφίσταταί δέ μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη. Et *Phaedrus* L. IV. *Caſtorem* et *Pollucem* vocat iuuenes, humanam ſupra formam.

BODEN.

[3]) Ημίγυμνοι καὶ ἀνυπόδετοι] Talis habitus tribuitur etiam Europae comitibus ab *Achille Tat.* lib. I. c. 1. Κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι· τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμένον· τὸ μὲν ἄνω, τῷ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τῷ πεδίλου. Crines per humeros diffuſi, crus totum illis nudum, ſuperne quidem tunica, infima vero parte calceo.

MOLLVS ex COLVMB.

[4]) Τῷ δε] In plerisque erat τῷδε, quod ad reliquarum

seminudae discalceataeque, crinibus solutis, signis illis similes, illi superueniunt. Visaeque fuerunt primum misereri Daphnidis, deinde natu maxima, animum dictis addens, inquit: Noli nos insimulare Daphni: nobis quippe magis curae, quam tibi est, Chloe. Nos eius etiamnum infantis misertae fuimus, et hocce in antro iacentem nutriendam curauimus. Nihil illa commune habet cum agris ouiculisque Lamonis. Atque res illius etiamnum nobis sunt curae: ne videlicet, abducta Methymnam, seruiat, aut pars bellicae praedae fiat. Nos illum hunc Pana, qui pinu sub hac sedem habet, quem vos nunquam adhuc vllis decoratis floribus, hunc, inquam, orauimus, vt Chloae suppetias veniat. Magis enim, quam nos, assueuit castris: atque relicta hacce villa, plurima bella gessit: atque abit

rum exemplum emendaui. BODEN.

5) Ἐχει [Deest in Iungermania. IDEM.

6) Ἐκείνη — Λάμωνος] ἴτως· ἐκείνη κοινὸν ἄθλον πεδίοις κ. τ. λ. IVNGERM.

7) Τῆτον] Τοσῆτον. IDEM.

8) Συνήθης γὰρ στρατοπέδοις μᾶλλον ἡμῖν] *Magis enim, quam nos, assueuit castris.* Pan ipsemet apud *Lucianum* bellatorem se praedicat in *his accusat.* Τὰ δὲ ἄλλα σπόλος, καὶ χορευτὴς, καὶ πολεμικὸς, ἢν δέῃ. Caeterum etiam pastor, saltator, et si sit opus, bellator. Suam etiam in bello iactat fortitudinem apud *Luc.* in *dial. Merc. et Panis.* πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, ἔτως ἠρίστευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἠρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. Nuper quoque Athenienſibus opem ferens, ita ſtrenue in Marathone me geſſi, vt fortitudinis

καταλιπών. καὶ ἄπεισι τοῖς Μηθυμναίοις εἰς ἀγαθὸς πολέμιος. Κάμνε δὲ μηδέν· ἀλλὰ ἀναστὰς ὄφθητι Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ· οἱ καὶ αὐτοὶ κεῖνται χαμαὶ, νομίζοντες καί σε μέρος γεγονέναι τῆς ἁρπαγῆς. Χλόη γάρ σοι τῆς ἐπιδόσης ἀφίξεται μετὰ τῶν αἰγῶν, μετὰ τῶν προβάτων· καὶ νεμήσετε[9]) κοινῇ, καὶ συρίσετε κοινῇ.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Τὰ δὲ ἄλλα μελήσει περὶ ὑμῶν ἔρωτι. Τοιαῦτα ἰδὼν καὶ ἀκέσας Δάφνις, ἀναπηδήσας τῶν ὕπνων καὶ ὑφ' ἡδονῆς[1]) καὶ λύπης μεξὸς δακρύ-
p. 52. ων,[2]) τὰ ἀγάλματα τῶν νυμφῶν προσεκύνει, καὶ ἐπηγγέλλετο σωθείσης Χλόης, θύσειν τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην. δραμὼν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν πίτυν ἔνθα τὸ[3]) τοῦ Πανὸς ἄγαλμα ἵδρυτο, τραγοσκελὲς, κερασφόρον,[4]) τῇ μὲν σύριγγα,[5]) τῇ δὲ τράγον πηδῶντα

dinis praemium tulerim, antrum illud scilicet, quod est sub arce. Fuit etiam Pan Bacchi socius in expeditione Indica.

MOLLVS.

Vnde in Syringa, siue ea *Simmiae* est, siue *Theocriti* de Pane: Οὗ ἅδε πάρος φίλα τέρμα σάκους.

IVNGERM.

9) Νομεύσετε] Codex habebat, Νεμήσεσθε.

MOLLVS.

N. νομήσετε, V. νεμήσετε. P. COLVMB.

Νομήσεσθε. IVNGERM.

1) Καὶ ὑφ' ἡδονῆς] In codice erat: καὶ κοινῆ ἡδωνῆς.

MOLLVS.

N. ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης δακρ. V. ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεσὸς δακρ. P.

COLVMB.

2) Δακρύων] Κρύων in *Iungermaniana*.

BODEN.

3) Ev-

non vtilis Methymnaeis hostis futurus. Noli laborare hac de re: sed, vbi surrexeris, prodi in conspectum Lamonis et Myrtalae, qui et ipsi humi iacent, rati, te partem esse factum huius rapinae. Postero die tibi vna cum capris ouibusque Chloe redibit: atque vna pascétis, et vna fistula canetis. Cactera de vobis curae erunt cupidini.

CAPVT XVII.

Hisce visis ac auditis, Daphnis, e somno exiliens, prae laetitia ac moerore obortis lacrymis, Nympharum signa adorat, vouens, sospite Chloe, optimam ex capris sese oblaturum: directoque contendens cursu ad pinum, vbi Panis simulacrum positum erat, pedibus hircinis, cornigerum, altera manu fistulam, altera hircum salientem tenens, eumque adorans, proque Chloe

3) Ἔνθα τὸ] *Iungerm.* et *Commel.* ἔνθεν τὸ.

IDEM.

4) Τραγοσκελὲς, κερασφόρον] Eiusmodi descriptio Panis extat apud *Lucian.* ἐν τῇ ἐκκλ. τῶν θεῶν· ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγου τράγε διαφέρων ἐστίν. Quorum hic quidem cornutus, dimidiati corporis, inferiore parte capram referens, barbaque promissa, parum ab hirco differt Et in dial. *Pan.* et *Merc.* εἰδὲ κερασφόρος, καὶ τραγοσκελὴς, μὴ λυπείτω σε. Quod si cornutus es, sunt verba matris ad Pana, ac pedibus hircinis, ne id aegre tibi sit.

MOLLVS.

5) Τῇ μὲν σύριγγα] *Altera manu tenens fistulam.* Recte: Pan enim Musicus inter

δῶντα κατέχον,[6]) κἀκεῖνον προσεκύνει, καὶ ἠύχετο ὑπὲρ τῆς Χλόης, καὶ τράγον θύσειν ἐπηγγέλλετο. Καὶ μόλις ποτὲ περὶ ἡλίου καταφορὰς παυσάμενος δακρύων καὶ εὐχῶν, αἰρόμενος τὰς φυλλάδας, ἃς ἔκοψεν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἔπαυλιν· καὶ τὰς[7]) ἀμφὶ τὸν Λάμωνα πένθος ἀπαλλάξας καὶ εὐφροσύνης[8]) ἐμπλήσας, τροφῆς τε ἐγεύσατο, καὶ ἐς ὕπνον ὥρμησεν, οὐδὲ τῦτον ἄδακρυν· ἀλλ' εὐχόμενος μὲν

inter paſtores perhibetur. *Lucian.* in citato ſupra dial. *Panis* et *Merc.* καὶ μὲν κ' καταφρόνω σε, ὦ πάτερ, μεσινός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν. Atqui, pater, non futurus ſum tibi dedecori: Muſicus enim ſum, et fiſtula prorſus ſtridulum cano. Hinc συρίκτης, id eſt, fiſtulator, nuncupatus, vt *Phurnutus* habet.

IDEM.

men bis terue quotannis aſcendentes, ſegregato ab hoc hirco aliquo coleato, mihi ſacrificant.

IDEM.

[6]) Τῇ δὲ τράγον πεδῶντα κατίῃ.] Malo κατίχει. Nullus dubito, quin noſter alludat ad ritum Athenienſium, qui Pani hircum coleatum ſacrificare ſolent. *Lucian.* in *bis accuſat.* Vbi Pan ipſe loquens inducitur: ἔμως δὲ δὶς, ἢ τρὶς, τῶ ἴτης ἀνιόντες, ἐπιλεξάμενος τράγον ἕνορχιν, θύσί μοι. Sed tamen

Placet cum Vrſ. et ipſius C. κατίχοι. Pan nempe altera manu fiſtulam, altera hircum, tenebat. Daphnidi namque, vnde hircus eſſet; cui in illa direptione adeo nil relictum, et cui bono fiſtulam in vna manu ſupplicans tenuiſſet? Fiſtulam enim Pani tribuunt. *Lucian.* dialog. *Iou.* et *Ganymed.* σὺ γὰρ ὁ Πὰν ἐκεῖνος; εἶτα πῶς σύριγγα οὐκ ἔχεις, οὐδὲ κέρατα, καὶ λάσιος εἶ τὰ σκέλη, etc. Idem *Baccho*: πειράσιον ἄνθρωπον (Pana) τράγῳ τὰ πέρθεν ἐοικότα, κομήτην τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα,

preces fundens, promittebat se hircum sacrificaturum. Deinde aegre circa solis occasum flendi ac precandi finem faciens, sublatis, quas inciderat, frondibus, ad villam rediit; insuper Lamone moerore liberato, impletoque gaudio, cibum sumsit, et ad somnum festinauit, non sine lacrymis transactum: sed iterum precatus, vt

τα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον, καὶ θυμικὸν, θατέρᾳ μὲν σύριγγα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ ῥάβδον καμπύλην, ἐπηρμένον καὶ περισκιρτῶντα, etc. Idem δὶς κατηγορουμένων· ὅσις ἔτος ὁ προσιών ἐστιν, ὁ κερασφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λάσιος ἐκ τοῦ σκελοῦ. v. et *Schol. Theocr.* Idyll. 1.

IVNGERM.

N. et V. κατέχων, al. V. κατέχον. P.

COLVMB.

7) Καὶ τῶ ἀμφὶ τὸν Λάμωνα] Lege τὼς ἀμφὶ caet. Οἱ ἀμφὶ τὸν Λάμωνα, pro Lamone ipso. Et sic mox infra leg. τὼς ἀμφὶ τὸν Δρύαντα καὶ Λάμωνα. Sic et alias *Longus* loqui amat.

IVNGERM.

V. τὼς. P. COLVMB.

Ita *Hom.* Il. γ. Οἱ δὲ ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον. Pro *Priamus et Panthous*. *Lucian.* Οἱ μέν τοι ἀμφὶ Ἀρίστιππόν τε, καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο. Aristippus et Epicurus primas apud ipsos tenebant. Tenendum tamen in nonnullis, vt recte monet *Stephanus*, locis ambiguum esse, vtro modo intelligendus sit hic sermo. Hinc nonnulli verba *Thucydidis*, οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, Orpheus et eius sectatores. Alii tamen simpliciter Orpheus verterunt.

MOLLVS.

Τῶ in omnes editiones irrepserat. BODEN.

8) Εὐφροσύνης] Lege καὶ εὐφροσύνης. MOLLVS.

9) Τὰς

μὲν αὖθις τὰς νύμφας ὄναρ ἰδεῖν 9), εὐχόμενος δὲ τὴν ἡμέραν γενέσθαι ταχέως, ἐν ᾗ Χλόην ἐπηγγείλαντο αὐτῷ.

ΚΕΦΑΛ. ιή.

Νυκτῶν πασῶν ἐκείνη ἔδοξε μακροτάτη γεγονέναι. Επράχθη δὲ ἐπ' αὐτῆς τάδε. Ο στρατηγὸς ὁ τῶν Μηθυμναίων ὅσον δέκα σταδίους ἀπελάσας, ἠθέλησε τῇ καταδρομῇ τοὺς στρατιώτας κεκμηκότας
p. 53. ἀναλαβεῖν, ἄκρας ἓν ἐπεμβαινούσης τῷ πελάγει λαβόμενος, ἐπεκτεινομένης μηνοειδῶς, ἧς ἐντὸς θάλασσα γαληνότερον τῶν λιμένων ὅρμον εἰργάζετο, ἐνταῦθα τὰς ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν 1) μετεώρους 2) διορμίσας, ὡς μηδεμίαν ἐκ τῆς γῆς τῶν ἀγροίκων τινὰ

9) Τὰς Νύμφας ὄναρ ἰδεῖν] *In somnis videre Nymphas.* Videtur subaudiri praepositio κατὰ. *Matth.* 2. de magis: Χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, in somno diuinitus admoniti, ne reuerterentur ad Herodem. Attamen a probatis autoribus crebro id dicendi genus enunciatur sine praepositione, vt videre est hoc loco, et apud *Plutarch.* in *Pericl.* ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα, dea per quietem se offerens: Et *Lucian.* ἔδοξεν ὄναρ ἐπιστάντα οἱ τὸν Αλίξαν-δρον. Item de mercede conduct. ἐδ' ὄναρ λευκῆ ἄρτῳ ἐμφορηθείς. Qui ne per somnum quidem vnquam fuerit albo pane saturatus.

IDEM.

1) Ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν] *Nauibus anchoris stabilitis.* Ad eundem modum *Thucyd.* ὁρμίζοντες ἐπ' ἀγκυρῶν, anchoris stabilientes.

IDEM.

2) Μετεώρους] Μετέωροι ναῦς, sunt, inquit *Budaeus*, naues, quae in alto nauigant. Sic *Thucyd.* lib. 1. καθορῶσι τὰς τῶν κεκρυφάων ναῦς μετεώ-

Nymphas in somnis videat, ocyusque oriatur dies, qua illi Chloes promiserant reditum.

CAPVT XVIII.

Haec ipsa nox omnium esse longissima illi visa fuit, qua quidem haecce fuere gesta. Praefectus Methymnaeorum in altum decem circiter stadia progressus, suos illa incursione defatigatos milites voluit recreatos, quare nactus promontorium in mare excurrens, lunataque exporrectum forma, cuius sinus ipsis portubus tranquilliorem efficiebat stationem, ibidem nauibus anchoris stabilitis, ne vlli ex terra quispiam agrestium negotium faceſſeret,

μετεώρως καὶ ἐπὶ σφᾶς πλεύσας. Hinc *Suidas*: μετεώρως ναῦς, παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τῆ πελαγίᾳ, καὶ μὴ ἐπ' ἀγκυρῶν ἱσαμένας, ἀλλ' ἀπεχούσας τῆς γῆς. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀπεχόντων τῆς γῆς, καὶ ἐν ὄρει ὄντων, ἢ περὶ τῶν ἀφέντων τὴν γῆν, καὶ περὶ τὸν ἀέρα λαιπὸν εἶναι. Hoc est: Μετεώρως νῆας apud *Thucydidem* legimus libr. 1. pro nauibus, in pelago versantibus, et fluctuantibus, et quae non stant in anchoris, id est, quae nullis anchoris firmantur: sed a terra sunt remotae. Per translationem, ductam ab illis, qui remoti sunt a terra, et qui sunt in montibus, vel quod terram reliquerint, et in aere postea versentur. Sed illa explicatio nequaquam huic loco conuenit. Quippe naues, quae hic dicuntur μετέωροι, stabant ad anchoras, et quidem in statione. Itaque tenendum est, falli in eo *Suidam*, cum non tantum naues μετέωροι dicantur, quae altum tenent, verum etiam ad anchoras collocatae naues. *Thucyd.* L. 4.

Καὶ

τινὰ λυπῆσαι, ἀνῆκεν 3) τὰς Μηθυμναίας εἰς τέρψιν εἰρηνικήν. Οἱ δὲ ἔχοντες πάντων ἀφθονίαν ἐκ τῆς ἁρπαγῆς, ἔπινον, ἔπαιζον 4), ἐπινίκιον ἑορτὴν ἐμιμοῦντο. 5) Ἅρτι δὲ παυομένης ἡμέρας, καὶ τῆς τέρψεως ἐς νύκτα ληγούσης, αἰφνίδιον μὲν πᾶσα ἡ γῆ ἐδόκει λάμπεσθαι πυρί· κτύπος δὲ ἠκούετο ῥόθιος κωπῶν ὡς ἐπιπλέοντος μεγάλου σόλου· ἐβόα τις ὁπλίζεσθαι τὸν στρατηγὸν, ἄλλος ἄλλον 6) ἐκάλει, καὶ τετρῶσθαί τις ἐδόκει· καὶ χημά τι ἔκειτο νεκροῖς μεμιγμένον. ἔκασεν ἂν τις ὁρᾶν νυκτομαχίαν 7) ἐ παρόντων πολεμίων.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Τῆς δὲ νυκτὸς αὐτοῖς τοιαύτης γενομένης, ἐπῆλθεν ἡμέρα πολὺ τῆς νυκτὸς φοβερωτέρα. 1) Οἱ τράγοι μὲν οἱ τῶ Δάφνιδος καὶ αἱ αἶγες κιττὸν

Καὶ τῶν νεῶν ἐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ἔλαβον κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ἔμενον. Hic *Scholiast.* in μετέωροι annotat ἄγκυραι ἐπ' ἀγκυρῶν. Hoc est: Quaedam nauium, quae statione non habebant, per vices commeatum in terra sumebant, quaedam ad anchoras stabant. IDEM.

3) Ἀνῆκεν] In Molliana legebatur ἀνῆκον. Forte reponendum est ἀνῆγεν. BODEN.

4) Ἔπινον, ἔπαιζον] Epizeuxis, quando nempe sonus idem continuo iteratur in eadem sententia. MOLLVS.

5) Ἐπινίκιον ἑορτὴν ἐμιμοῦντο] Id vocauit *Lucianus* in *Natiig.* εὐωχεῖσθαι τὰ ἐπινίκια, victoriae conuiuium celebrare. Et *Demosth.* ἐπινίκια ἑστιᾶν, epulum dare ob partam victoriam. IDEM.

Ἑορτά-

6) Τῇ συνωμοσίᾳ] Συνωμόσιον, raro legitur; ſed frequentius συνωμοσία, coniuratio, conſpiratio: reperitur tamen apud *Dionyſ. Hal.* libr. 10. *antiq.* Τοῦτο δὴ φυλάττοντες τὸ συνωμόσιον. Hanc ergo coniurationis legem ſecuti. Quamuis plerumque haec vocabula ſumantur in deteriore ſignificatione: tamen apud noſtrum in meliori ſignificatione, pro pacto foedereque coniugali iuramento veſtito vſurpatur.
MOLLVS.

7) Ἦν οὖν μαθεῖν οἷόν ἐςι τὸ κάλλος] Eſt in prouerbio: ἱμάτια ἀνήρ, veſtis virum. Quod hodie apud nos vulgo tritiſſimum: *Het kleedt eert den man, die't heeft treckt het an.* hoc eſt, veſtitus virum ornat, qui habet, induat. *Quint. libr. inſtitut.* 8. Et cultus, inquiens, inceſſus atque magnificus, addit hominibus auctoritatem. Quantum momenti cultus veſtium adferat, ad conciliandam homi-

ni

Daphnidem autem Dionysophanes, remotis arbitris, percontabatur, num etiamnum virgo sit? Illo vero iurato, nihil vltra oscula, iuramentumque interuenisse. Itaque coniugali istoc delectatus foedere illos accumbere iussit. Hic scire dabatur, quale sit formae decus, vbi ornatum admiserit: quippe vestibus ita induta Chloe caesarieque reticulo collecta, nec non facie abluta, longe formosior omnibus apparuit in tantum, vt vix ipsam agnouerit Daphnis. Iurasses,

ni formam, dignitatem, satis indicat Vlyssis exemplum, cum Nausicam ita loquentem *Poeta* introducit, *Odyss.* Z. v. 242.

Πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος δόατ' εἶναι,
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Ante videbatur specie foedissimus esse,
Nunc diuis similis, magnus quos pascit olympus.

Ante enim pannis annisque obsitus visus illi fuerat Vlysses, qui iam vestes nitidas induerat. IDEM.

Noster quoque poeta lepide et ingeniose idem ostendere voluit, cum cecinit:

Che talor cresce vna beltà un bel mento.

(*Caetera legis in Molli nota.* BOD.) COLVMB.

8) Ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην] Ἀναπλέκω, *Budaeus in Comment. Graec. ling.* redimio, caesariem colligo reticulo, hoc est, ἀναλαμβάνω, quae significatio peculiaris est. Alicubi exponit ἀναπλέκοντας, cincinnis collectos crines habent. *Lucian.* πάντες γὰρ ἐλεύθεροι ἀναπλέκονται, omnes enim liberi cincinnis implicitos habent crines. MOLLVS.

9) Ἀπολύσασα τὸ πρόσωπον] *Hom. Odyss.* ζ. 235.

— Ὡς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.

Sic huic infudit gratiam, capitique humerisque.

Eustath. ad hunc versum. δηλοῖ δὲ ἐν τούτοις ὁ ποιητὴς, ὡς τὸ

καὶ Δάφνις αὐτὴν μόλις ἐγνώρισεν. Ὠμοσεν ἄν τις καὶ ἄνευ τῶν γνωρισμάτων, ὅτι τοιαύτης κόρης ἐκ ἦν Δρύας πατήρ. ὅμως μέν τοι παρῆν καὶ αὐτὸς, καὶ συνεσιᾶτο μετὰ τῆς Νάπης, συμπότας ἔχων ἐπὶ κλίνης ἰδίας τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην. πάλιν ἓν ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ἐθύετο ἱερεῖα, καὶ κρατῆρες ἵσαντο, καὶ ἀνετίθει καὶ Χλόη τὰ ἑαυτῆς· τὴν σύριγγα· τὴν πήραν· τὸ δέρμα· τὰς γαυλάς· ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ,[10]) τὴν ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅτι καὶ ἐτράφη παρ' αὐτῇ, καὶ ἐλάσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ· ἐσεφάνωσε καὶ τὸν τάφον τῆς ὄϊος, δείξαντος Δρύαντος· καὶ ἐσύριζέ τι καὶ αὐτῇ[11]) τῇ ποίμνῃ, καὶ ταῖς θεαῖς συρίσασα, ηὔξατο τὰς ἐκθέντας εὑρεῖν ἀξίους τῶν Δάφνιδος γάμων.

ΚΕΦΑΛ. κδ'.

p. 142. Ἐπεὶ δὲ ἄλις ἦν τῶν κατὰ ἀγρῶν ἑορτῶν, ἔδοξε βαδίζειν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τάς τε τῆς Χλόης πατέρας ἀναζητεῖν, καὶ περὶ τῶν γάμων αὐτῶν μηκέτι βραδύνειν. Εωθεν ἓν ἐνσκευασάμενοι, τῷ Δρύαντι μὲν ἔδωκαν ἄλλας τρισχιλίας· τῷ Λάμω-

τὸ σῶμα λετροῖς τε τημελέμενον, κάλλιον γίνεται, καὶ ἱματίων δὲ λαμπρῶν περιθέσει, εἰς τὸ κάλλος ἐξάλλεται. His significat poeta, corpus lauacris curatum formosius reddi, nec non splendidis vestibus indutum pulchrum fieri.

MOLLVS EX COLVMB.

[10]) Ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ] Temperauit, siue miscuit fontem vino, quo inde sese oblectarent Nymphae.

vel non exhibitis hisce argumentis, non esse genitorem huius puellae Dryantem. Verum et ipse aderat, et excipiebatur vna cum Napa conuiuio, seorsim in lecto Lamonem ac Myrtalam compotores habens. Iterum itaque sequenti die victimae immolabantur, crateresque statuebantur, nec non reculas suas etiam dicabat Chloe, nempe fistulam, peram, rhenonem, mulctras. Fontem etiam, qui in antro erat, vino temperauit, quod enutrita iuxta illum esset, et in eo saepius lauisset. Corollis insuper decorauit et ouis sepulchrum commonstrante sibi Dryante. Et ipsi gregi sua non nihil est modulata fistula: Etiam deabus hymnum cum fistula ceciniſſet, eas precata est, vt, qui se exposuissent, digni Daphnidis nuptiis inuenirentur.

CAPVT XXIV.

Postquam vero satis ac super festos ruri iam agitassent dies, in vrbem tendere decretum fuit, omnibusque vestigiis inibi Chloes indagare parentes, neque vltra nuptiis moras nectere. Primo igitur diluculo itineri accincti, alias ter millenas Dryanti

phae. Alludit ad veterem historiam. Quo Picum atque Faunum, ambos lares, caperet Numa Pompilius, dicitur fontem vino atque melle miscuisse: οἴνῳ καὶ μέλιτι κεράσαντα τὴν πρόνην ἀφ' ἧς ἔπινον συνήθως, vt in *Numa* loquitur *Plut.*

IDEM.

11) Καὶ αὐτῇ] Omnes, quos contuli, tertium hunc casum αὐτῇ amplectuntur, excepto *Mollo*, qui nominandi

Λάμωνι δὲ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ἀγρῶν θερίζειν, καὶ τρυγᾶν, καὶ τὰς αἶγας ἅμα τοῖς αἰπόλοις, καὶ ζεύγη βοῶν τέτταρα, καὶ ἐθῆτας χειμερινὰς, καὶ ἐλευθέραν τὴν γυναῖκα. Καὶ μετὰ τοῦτο ἤλαυνον[1]) ἐπὶ Μιτυλήνην ἵπποις καὶ ζεύγεσι καὶ τρυφῇ πολλῇ. Τότε μὲν ἓν ἔλαθον τοὺς πολίτας νυκτὸς κατελθόντες· τῆς δὲ ἐπιούσης, ὄχλος ἠθροίσθη περὶ τὰς θύρας, ἀνδρῶν, γυναικῶν· Οἱ μὲν τῷ Διονυσοφάνει συνήδοντο παῖδα εὑρόντι, καὶ μᾶλλον ὁρῶντες τὸ κάλλος τοῦ Δάφνιδος· αἱ δὲ, τῇ Κλεαρίστῃ συνέχαιρον ἅμα κομιζούσῃ, καὶ παῖδα καὶ νύμφην. ἐξέπληξε γὰρ κἀκείνας ἡ Χλόη, κάλλος ἐκφέρουσα[2]) παρευδοκιμηθῆναι οὐ δυνάμενον.[3]) ὅλη γὰρ ἐκινεῖτο ἡ πόλις ἐπὶ τῷ μειρακίῳ, καὶ τῇ παρθένῳ, καὶ εὐ-
p. 143. δαιμόνιζον μὲν ἤδη τὸν γάμον. εὔχοντο δὲ καὶ τὸ γένος ἄξιον τῆς μορφῆς εὑρεθῆναι τῆς κόρης· καὶ γυναῖκες πολλαὶ τῶν πλουσίων[4]) ἠράσαντο θεοῖς αὐτὰς πιστευθῆναι μητέρας θυγατρὸς οὕτω καλῆς.

ΚΕΦΑΛ.

nandi casu pronomen αὐτὴ ad Chloen refert, alia omnia tamen in sua versione exprimens. Forte rectius totus locus ita distinguendus erit: Καὶ ἐσύριζέ τι· καὶ αὐτῇ τῇ ποίμνῃ, καὶ ταῖς θεαῖς συρίγματα, ἤυξατο κ. τ. λ.

BODEN.

[1]) Μετὰ τοῦτο ἤλαυνον] Subaudi ὁδόν. MOLLVS.

[2]) Ἐξέπληξε γὰρ κἀκείνας ἡ χλόη, κάλλος ἐκφέρουσα] Facile formosa foemina mouet spectantium affectus. *Heliodor. Aethiop.* libr. 2. ὡραιότητι δὲ σώματος ὕτῳ δήτοι τὰς πάσας ὑπερβέβληκεν, ὥστε πᾶς ὀφθαλμὸς ἐμμανικός τε καὶ ξένος ἐπ' αὐτὴν φέρεται, pulchritudine autem corporis

chmas, Lamoni vero dimidiam agrorum partem vindemiae messisque faciendae, caprasque vna cum caprariis, et quatuor boum paria vestesque hibernas, vxoremque in libertatem assertam, dono dederunt. Deinde Mitylenam versus equis et curribus magno luxu iter conficiebant. Tunc quidem quasi postliminio reuersi, ciues suos, nox enim erat, latuerunt. Sed sequenti die turba, tam virorum, quam mulierum, ad fores congregata erat. Illi Dionysophani de filio reperto gratulabantur, idque eo magis, conspecto Daphnidis isto oris decore. Hae autem vna cum Clearista gaudebant, quae filiúm, simul et sponsam, adduxisset. Quippe illas in stuporem dederat Chloe, eam formae pulchritudinem ostentans, quae nemini claritate vinci posset. Tota enim ciuitas mouebatur eo adolescentulo, atque virguncula, beatasque hasce praedicabant nuptias, exoptantes etiam, vt inueniatur familia tali forma puellae digna: multaeque ex opulentioribus matronae Numina sunt precatae, vt et ipsae matres tam pulchrae filiae crederentur.

CAPVT

ris sic omnes superauit, vt omnium oculi, peregrinorum aeque ac Graecorum, in illam coniiciantur.

IDEM.

V. ἐξέπλησσε. P.

COLVMB.

3) Κάλλος παρευδοκιμηθῆναι δ' δυνάμενον] *Heliodor.* ἄτως ἄρα κάλλος ὑπερβολή. Ita sane formae erat excellentia. *Petron.* mulierem omnibus simulacris emendatiorem dixit. Nulla vox est, quae formam eius possit comprehendere. Nam, quicquid dixero, minus erit.

MOLLVS.

4) Τῶν πλησίων] V. τῶν μέγα πλησίων. P.

COLVMB. et IVNGERM.

1) Hi-

ΚΕΦΑΛ. κε'.

Ονὰρ δὲ Διονυσοφάνει μετὰ Φροντίδα πολλὴν εἰς βαθὺν ὕπνον κατενεχθέντι τοιόνδε γίνεται. Εδόκει τὰς νύμφας δεῖσθαι τὲ ἔρωτος, εἰ δήποτε αὐτοῖς καταυεῦσαι τὸν γάμον. τὸν δὲ ἐκλύσαντα τὸ τοξάριον, καὶ ἀποθέμενον παρὰ τὴν φαρέτρην, κελεῦσαι τῷ Διονυσοφάνει, πάντας τὲς ἀρίστες τῶν Μιτυληναίων θέμενον συμπότας, ἡνίκα ἂν τὸν ὕστατον πλήσῃ κρατῆρα,[1] τότε δεικνύειν ἑκάστῳ τὰ γνωρίσματα. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἄδειν τὸν ὑμέναιον.[2] Ταῦτα ἰδὼν καὶ ἀκέσας,

[1] Ηνίκα ἂν τὸν ὕστατον πλήσῃ κρατῆρα] *Vbi impleuerit postremum craterem.* Videtur hic innuere craterem illum, qui semper inferebatur ad libationem, quae pars extrema erat in conuiuiis, vbi maioribus et capacioribus poculis res agebatur. Ad cuius vsum *Statius* pateram infert in fine conuiuii.

Victa fames, signis perfectam, auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare diis seniorque Phoroneus
Assueti.

Procul dubio illud innuit poculum, quod *Hom.* ἄλεισον appellat, caelatum emblematis, caelaturisque ornatum. Odyss. δ.

Δώσω καλὸν ἄλεισον, ἵνα σπείσῃσθα θεοῖσιν
Αθανάτοις, ἐμέθεν μεμνυμένος ἤματα πάντα.

Dabo pulchrum poculum, vt libes diis
Immortalibus; mei memor diebus omnibus.
MOLLVS.

[2] Αιδειν τὸν ὑμέναιον] Υμέναιος siue Hymenaeus adeo formosus fuit, vt adolescens puella putaretur. Is cum quandam virginem praeclaro loco natam, isque ipse humili, aut saltem mediocri

CAPVT XXV.

Dionysophani autem, a multa cura ac solicitudine profundum in soporem prolapso, tale quid accidit. Putabat a Cupidine petere Nymphas, vt suo tandem nutu illis conficiat confirmetque nuptias. Hunc vero arculo remisso, iuxtaque pharetram deposito, iussisse Dionysophanem, omnibus Mitylenaeorum ad conuiuium vocatis optimatibus, vbi iam postremum impleuerit craterem, tunc exhibere vnicuique crepundia: deinde autem hymenaeum canere. His visis ac auditis, mane surgit, iusso-

diocri ortus, adamasset, desperatisque propterea nuptiis, sequendo puellam, amori vt satisfaceret. At cum Athenienſium nobiliſſimae virgines Eleusinae Cereri sacra facerent, subito aduentu piratarum raptae sunt: inter quas etiam fuit Hymenaeus, qui illo amatam secutus, tanquam puella, raptus est: sed cum piratae suam praedam per maria portassent, in desertam regionem delati, atque itinere fatigati somno sese dederant, quos cum omnes ad internecionem vsque deleuisset Hymenaeus, ibidem relictis virginibus, Athenas sospes rediit, petiitque a ciuibus, vt, virgines si reduxisset, sibi dilectissimae nuptias impetraret: quibus feliciter reductis, optatam sibi in matrimonium virginem meruit: quod coniugium, quia felix atque faustum deinceps fuit, placuit Athenienſibus, omnibus nuptiis Hymenaei nomen interesse. Eo iam alludit noster. Quippe quemadmodum Thalassionem in nuptiis Romani, ita Graeci in suis Hymenaeum inclamare consueuere, eumque hymno nuptiali celebrare atque cantare. *Terent.* in *Adelph.* Hoc mihi mo-

rae

σας, ἔωθεν ἀνίσαται, καὶ κελεύσας λαμπρὰν ἑστίασιν 3) παρασκευασθῆναι τῶν ἀπὸ γῆς, τῶν ἀπὸ θαλάσσης, καὶ εἴτι ἐν λίμναις, καὶ εἴτι ἐν ποταμοῖς, πάντας τοὺς ἀρίστους Μιτυληναίων ποιεῖται συμπότας. ὡς δὲ ἤδη νὺξ ἦν, καὶ ἐπέπλησο κρατὴρ ἐξ οὗ σπένδουσιν Ερμῇ, 4) εἰσκομίζει τις ἐπὶ σκεῦος ἀργυροῦν θερά-

rae est, tibicina, et hymenaeum qui cantent. *Donatus* ad haec: Sic accipe, hymenaeum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. Apud *Athen.* libr. 14. c. 3. relatis aliquot cantionibus, quidam dicit ἰμαῖον esse ᾠδὴν μυλωθρῶν, ἐν δὲ γάμοις ὑμέναιον. *Hesych.* ὑμεναίων, exponit γαμικῶν ᾀσμάτων, *Suid.* γαμικῶν ὕμνων, ad quod citat versum ex epigramm. quod extat libr. 3. epigramm.

Τὸν χαρίεντ' ἀλκμᾶνα τὸν ὑμνητῆ' ὑμεναίων
Κύκνον, τὸν μεσσῶν ἄξια μελψάμενον.

Illum festivum Alcmanem, illum celebratorem Hymenaeorum Cycnum, illum, qui Musis digna suaviter cecinit.

Lucian. in dial. *Zephyr.* et *Not.* ἡμέρας τὰς δᾴδας φέροντες, ᾖδον τὸν ὑμέναιον, ac-

censas ferentes faces, hymenaeum canebant. *Athen.* libr. 5. c. 5. de Philoxeno: λουσάμενος παρῆν ἄκλητος εἰς τὸ νυμφίον, καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ᾄσας ὑμέναιον, οὗ ἦν ἀρχή·

Γάμε θεῶν λαμπρότατε, πάντας ἐψυχαγώγησεν.

Philoxenus lotus ad sponsi domum perrexit, non invitatus: ac post coenam carmen nuptiale cecinit, cuius principium erat:

Nuptiae Dearum splendidissimae. Quo cantu mirifice delectati sunt omnes, atque exhilarati: est itaque ᾄδειν τὸν ὑμέναιον hoc loco μετωνυμικῶς ᾄδειν γαμικὸν ὕμνον, canere hymnum nuptialem. Pari modo *Maro* libr. 7. Aeneid.

Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natae, Turnique canit Hymenaeos.

Id est, carmen nuptiale in

suae

iussoque mensas exquisitissimis extrui epulis, terrestribus, maritimis, palustribus, fluuiatilibusque, omnes Mitylenaeorum primores conuiuio excipit. Cum iam nox erat, impletusque crater, quo Mercurio libare moris est, et tum famulus quidam argenteo in vasculo monumenta illa infert, dexteraque circumferens

suae honorem natae, Turnique compositum. *Alexand.* ab *Alexand.* libr. 2. genial. dier. Thalassiumque modulatis carminibus clamitant, sicut Graeci: ὑμὴν ὦ ὑμέναε ὦ ὑμήν.

Proclus Chrestomath. putat, Hymenaeum felicis vitae fuisse acclamationem, praesentibusque fidam matrimonii societatem cum mutuo amore comprecari, Aeolica dialecto votum innectendo, quasi ὑμεναίειν et ὁμονοεῖν, id est, vna habitare, et eadem sentire eos concorditer viuentes optarent. IDEM.

3) Λαμπρὰ ἑστίασις opponitur δείπνῳ ἀναίμῳ, *sine sanguine coenae*, siue ἀπύρῳ, in qua nihil igne coctum, coenae item Arcadicae, quam *Athenaeus* IV, 8. ad εὐτελᾶς, *parcas*, refert, in quibus μάζα tantum et sulla. Compares cum Romanorum coenis puris. Vid. *Bulenger de conuiu.* L. I. c. 11. BODEN.

4) Ἐξ ἣ σπένδεσιν ἑρμῇ] *Quo libant Mercurio.* Moris erat Mercurio sacrificare libareque, cum cubitum irent. *Heliodor.* Libr. 3. *Aethiop.* καὶ τὸν Ερμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλέμενος, εὐόνειρόν τε ἤτει τὴν νύκτα. Tum post caeteros Mercurium inuocans, petebat felicem in somniis noctem. Clare *Athenaeus* libr. 1. cap. 14. in princ. ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ερμῇ, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διὶ τελείῳ· δόκει γὰρ Ερμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι. σπένδεσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῶν γλώσσας ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες. Post coenam, cum iam coetus dissolueretur, libabant antiqui Mercurio, non vt posteritas Ioui Teleo, quo-

θεράπων τὰ γνωρίσματα· καὶ περιφέρων ἐν δε-
p. 144. ξιᾷ πᾶσιν ἐδείκνυε. Τῶν μὲν ἓν ἄλλων ἐγνώρισεν
ἑδείς· Μεγακλῆς 5) δέ τις διὰ γῆρας ὕστατος κατα-
κείμενος, ὡς εἶδε, γνωρίσας, πάνυ μέγα καὶ
γεανικὸν ἐβόα· τίνα ὁρῶ ταῦτα; τί γέγονάς μοι
θυγάτριον; ἆρα καὶ σὺ ζῇς; ἢ ταῦτά τις ἐβά-
σασε 6) μὲν ποιμὴν ἐντυχών; δέομαι, Διονυσόφα-
νες, εἰπέ μοι· πόθεν ἔχεις ἐμᾶ παιδὸς γνωρίσμα-
τα; μὴ φθονήσῃς μετὰ Δάφνιν εὑρεῖν τι καὶ ἐμέ.
Κελεύσαντος δὲ τᾶ Διονυσοφάνους πρότερον ἐκεῖνον
λέγειν τὴν ἔκθεσιν· ὁ Μεγακλῆς εὐθὲν ὑφελὼν τοῦ
τόνου τῆς φωνῆς, ἔφη· „Ην ὀλίγος μοι βίος τὸν
πρότερον χρόνον· οὐ γὰρ εἶχον, εἰς χορηγίας 7)
καὶ

quoniam Mercurius somno praeest. Libabant et eidem a coena discessuri, ob linguae commercium. Hunc ritum satis ac super expressit *Hom. Odyss.* η. v. 136.

Εὗρε δὲ Φαιήκων ἡγήτορας ἠδὲ μέδοντας
Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐϋσκόπῳ Αργαφόντῃ.

Inuenit autem Phaeacum duces atque consiliarios
Libantes poculis speculatori Mercurio.

Huic quippe vltimo libabant, quando cogitabant de lecto.

MOLLVS. ex IVNGERM.

Adde *Plutarch. Sympos.* VI. Τῷ ἑρμῇ πυμάτῳ σπέν-δοντες, ὅτε μνησαίατο κοίτης. *Mercurio vltimo libantes, cum lectum petere cupiunt.* Non tamen id solum factum esse videtur, quia somni praeses habebatur Mercurius, verum etiam vt de sermone, qui huic deo consecratus erat, nihil e conuiuio euulgaretur, ipsisque bona seruaretur fama. Libabant enim super linguis, quas Mercurio adoleuerant e coena abeuntes. *Athenaeus* loco citato. Σπένδουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ

ferens omnibus ostendit. Caeterorum itaque nemo agnouit. Verum Megacles quidam postremus, senecta retardatus sua, accumbens, vt vidit, agnouit illa, et magna iuuenilique exclamabat voce: Quaenam haec, quae video? Quid de te mihi factum est filiola? tune etiamnum viuis? An pastor aliquis forte fortuna illa sustulit? Obsecro Dionysophanes, dic mihi; vnde filiolae meae hosce characteres habes? Nulla sit inuidia, me post Daphnidem quoque inuenire quid. Cum autem iussisset Dionysophanes illum prius enarrare infantis expositionem: Megacles nihil de voce intenta remittens, infit: Priori tempore res angusta mihi domi erat: quic-

ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες. Et *Homerus* Iliad. γ. 332.

Γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνιχάμενοι δ' ἐπέλειβον.

Non tamen semper id factum. Reperitur in *Plutarchi Sympos.* L. I. locus, qui dissolutum esse conuiuium sine libatione, Mercurio facta, ostendit. Σπείσαντες μέγας καὶ ποσειδῶνι, καὶ Ἀμφιτρίτῃ διαλύομεν συμπόσιον. BODEN.

5) Μεγακλῆς] Megacles, pater inuentæ verus Chloes, a μέγας, magnus, et κλέος, fama, gloria. MOLLVS.

6) Ἐβάσασε] βασάζω, porto, baiulo, pondus exploro, sed hoc loco sumitur pro tollo. *Suid.* βασαχθείη, ἀρθείη, κλαπείη, sublatum fuerit, etiam surreptum. *Herodian.* libr. 4. μετὰ δὲ τᾶτο πάλιν βασάσαντες τὴν κλίνην, quibus peractis, tollunt iterum lectum. IDEM.

7) Εἰς χορηγίας] Apud Athenienses, magnates et primores ad sibi demerendam plebem, spontaneas in ludos spectaculaque erogationes fecisse legimus. Hinc ille apud *Lucian.* inter re-

καὶ τριηραρχίας[8]) ἐξεδαπάνησα. Οτε ταῦτα ἦν, γίνεταί μοι θυγάτριον· τοῦτο τρέφειν οἰκτίσας ἐν πενίᾳ, τέτοις γνωρίσμασι κοσμήσας ἐξέθηκα, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ καὶ οὕτω σπουδάζουσι πατέρες γενέσθαι. καὶ τὸ μὲν, ἐξέκειτο ἐν ἄντρῳ νυμφῶν, πιστευθὲν ταῖς θεαῖς· ἐμοὶ δὲ πλῆτος ἐπέρρει καθ' ἑκάστην ἡμέραν κληρονόμον οὐκ ἔχοντι·
p. 145. οὐκέτι γὰρ ἦν ὅτε θυγατρίου γενέσθαι πατὴρ εὐτύχησα· ἀλλ' ὥσπερ οἱ θεοὶ γέλωτά με ποιέμενοι, νύκτωρ ὀνείρους μοι ἐπιπέμπουσι, δηλοῦντες ὅτι με πατέρα ποιήσει πόλιν."

ΚΕΦΑΛ.

liquas laudes Demosthenis recenset, δημοθοινίας, χορηγίας ἐθελουσίας καὶ τριηραρχίας, populares epulas, sponraneas in ludos erogationes, et Trierarchias.

IDEM.

In editis numerus plurium non extat, sed in codice Romano, cui suffragatur Vrsinus.

BODEN.

V. χορηγίας P. V. τριηραρχίας. P. COLVMB.

Multa de his sumtibus occurrunt apud Graecos praesertim oratores. Τριηραρχία sane fuit maximum onus, de quo vid. omnino magnum illum *Casaub.* ad *Athen.* L. III, c. 23 et L. XII, c. 12.

IVNGERM.

8) Εἰς τριηραρχίας] Diuisus Athenienſium populus vniuerſus, habita facultatum ratione, olim tempore Demoſthenis fuit, in certas claſſes, ita, vt in vnam coniicerentur, qui alios facultatibus longe antecederent. His pro temporum neceſſitate imperabatur publice, vt vel duodeni, vel ſeni, vel etiam terni, ſi reſpubl. in ſummo diſcrimine eſſet, vnam triremem inſtruerent, eamque ſuo ſumptu, ſua impenſa, reficerent. Quique ad hoc munus legebantur eos τριηραρχεῖν

quicquid enim habebam in ludos Trierarchiasque impenderam. Quando in eo res meae erant ſtatu, naſcitur mihi filiola, quam mea in egeſtate educare grauatus, hisce adornatam crepundiis, expoſui, non ignarus, multos etiam id dare operae, eo modo vt patres fiant. Et iſta expoſita fuit Nympharum in antro, dearum fidei commiſſa. Iam haerede deſtituto quotidie mihi diuitiae in aedes influebant: neque poſtea tam felix fui, vt pater filiolae factus fuerim. Verum dii me veluti deridendum propinantes, noctu mihi ſomnia immittunt, ſignificantia, quod me ouis factura ſit patrem.

ράρχες appellabant. *Schol. Ariſtoph. Equit.* τριηραρχία· λειτουργία παρ' Αθηναίοις δαπανηρά. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς πόλεμον εὐτρεπῆ. ἅπερ παρεσκεύαζεν ὁ εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην προβληθείς. Trierarchia munus publicum eſt apud Athenienſes et ſumptuoſum: oportebat enim triremem habere per omnia ad bellum inſtructam, quam parare cogebatur is, cui hoc muneris imponebatur. *Demoſth. orat. aduerſ. Mid.* καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων καὶ τὰς ναῦς ἐπληρώμεν αὐτοὶ, et ſumptus omnes e priuatis aedibus promebamus, nauesque ipſas complebamus. Pater Demoſthenis τριήραρχος fuit, qua dignitate vix Athenis maior fuit. Firmat hoc in Encomio Demoſthenis Therſagoras ille poeta, cum ita infit: παρέντι δὴ τὰς Αθήνας, ἐκδέχεταί τὸν λόγον πατὴρ τριήραρχος etc. ἐ γὰρ ἦν Αθήνησι λαμπρότερον τιμήματος τριηραρχικοῦ. Itaque, omiſſis Athenis, excipit orationem pater claſſis praefectus: Nulla enim Athenis maior dignitas eſt praefectura claſſis. De Trierarchis ipſis vide *Iul. Poſtellum* c. 9. *de Repub. Athenienſ.* Item celeberrimum Virum

ΚΕΦΑΛ. κϛ'.

Ἀνεβόησεν ὁ Διονυσοφάνης μεῖζον τῶ Μεγακλέες, καὶ ἀναπηδήσας, εἰσάγει Χλόην πάνυ καλῶς κεκοσμημένην, [1] ᾗ λέγει· "Τῦτο τὸ παιδίον ἐξέθηκας· „Ταύτην σοι παρθένον οἷς προνοίᾳ θεῶν ἐξέθρεψεν, ὡς αἷξ Δάφνιν ἐμοί. λάβε τὰ γνωρίσματα καὶ τὴν θυγατέρα· λαβὼν δὲ, ἀπόδος Δάφνιδι νύμφην· ἀμφοτέρᾳς ἐξεθήκαμεν· ἀμφοτέρους εὑρήκαμεν· ἀμφοτέρων ἐμέλησε Πανὶ καὶ νύμφαις καὶ ἔρωτι." Ἐπῄνει τὰ λεγόμενα ὁ Μεγακλῆς, καὶ τὴν γυναῖκα Ῥόδην [2] μετεπέμπετο, καὶ τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε· [3] καὶ ὕπνον αὐτῶ μένοντες ἕλοντο. Δάφνις γὰρ ἤδεν διώμνυτο προήσεσθαι [4] τὴν Χλόην, οὐδὲ αὐτῷ πατρί.

Ἡμέρας

Virum *I. Schefferum de militia nauali* libr. 2. cap. 4.

IDEM.

Prae caeteris de trierarchia conſulendus *Sam. Petitus* de legibus Atticis p. 269 ſeqq. BODEN.

[1]) Κεκοσμημένην] Vitium Mollianae irrepſerat ab aliis repetitum: κεκοσμένην.

IDEM.

[2]) Ῥόδην] Nomen proprium mulieris, matris Chloes, dictae a ῥόδον, hoc eſt, roſa. Huius nominis fit mentio *Act.* 12. §. 13. προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι ῥόδῃ, prodiit puella, vt ſubauſcultaret, nomine Rhode. Multa mulierum nomina, quemadmodum ſupra vidimus, a floribus, herbis, arboribus, deducta videmus. ῥόδη etiam in Menandri fragmentis extat.

MOLLVS.

[3]) Εν τοῖς κόλποις εἶχι] *Habebat in ſinu.* Huius dictionis frequenter pluralis pro ſingulari ponitur. Il. 1.

—διύοντο δὶ δάκρυσι κόλποι.

Riga-

CAPVT XXVI.

Ad haec clamauit altius Dionysophanes ipso Megacle, et a sede prosiliens, Chloen admodum ornatam introducit, et inquit: Hancce filiolam exposuisti: hanc ipsam tibi virginem ouis deorum prouidentia enutriuit, quemadmodum Daphnin mihi capra. Cape crepundia haec, ipsamque filiolam; receptam autem Daphnidi da sponsam. Ambos exposuimus, ambos iterum sumus nacti: ambo Pani, Nymphis, Cupidini curae fuerunt. Laudabat dicta Megacles, mandabatque accersendam suam vxorem Rhodam Chloenque in sinu habebat: ibidemque manentes somnum ceperunt. Daphnis enim se nemini, ne quidem ipsi parenti, Chloen esse concessu-

 rum,

Rigabantur autem lacrymis sinus.

Ad eundem modum etiam apud Latin. *Tibull:*

Despuit in molles et sibi quisque sinus.

Insuper nota, hanc vocem ferme esse semper in mentione amoris et studii. *Plut.* in *vita Caton.* Γαβίνιον ἐκ τῶν πομπηΐου κόλπων, Gabinium hominem ex Pompeii sinu. *Virg.* Libr. 11. *Aeneid.*

Ipse sinu (infantem) prae se portans inga longa petebat.

Idem libr. 4.

Semianimemque sinu germanam amplexa fouebat.

Etiam in re venerea *Lucian. Pseudoman.* εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες τάχ' ἄν τι καὶ τῶν ὑπὸ κόλπῳ ἐπράττετο, quod nisi complures taedae fuissent, forsan nonnihil eorum, quae sub sinu fieri solent, patratum fuisset. IDEM.

4) Δάφνις γὰρ οὐδενὶ διώμνυτο προήσεσθαι] *Daphnis dejerabat se non permissurum.* Nota haec particula

γὰρ

Ημέρας δὲ γενομένης, συνθέμενοι πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν ἤλαυνον. ἐδεήθησαν γὰρ τοῦτο Δάφνις καὶ Χλόη, μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβήν. 5) ἐδό-
p. 146. κει δὲ κἀκείνοις, ποιμενικάς τινας αὐτοῖς ποιῆσαι τὰς γάμους· ἐλθόντες δ' ἂν παρὰ τὸν Λάμωνα, τόν τε Δρύαντα τῷ Μεγακλεῖ προσήγαγον, καὶ τῇ Ρόδῃ τὴν Νάπην συνέζησαν· καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν παρεσκευάζοντο λαμπρῶς.

ΚΕΦΑΛ. κζ'.

Παρέδωκε μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς νύμφαις [1]) τὴν Χλόην ὁ πατὴρ, καὶ μετ' ἄλλων πολλῶν ἐποίησεν ἀναθή-

γὰρ aliquando παρίλκει, aut meram notat emphasin, vt *Marc.* 15. §. 14. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quid mali perpetrauit? Ad *Timoth.* II, c. 2. §. 7. δῴη γάρ σοι θεὸς ὁ κύριος. Det vero tibi Dominus. *Plat.* ἔστι γὰρ ἅτω. Ita est. *Dionys. Hal.* lib. 9. Νῦν δὲ ἑρᾶτε γὰρ καὶ ἀκούετε. Nunc videtis et auditis. *Lucian.* in *vitar. auct.* μορφὴν γὰρ ἔχει τὸ πῦρ, ἢ ἀέρος, ἢ ὕδατος; Formamne habent ignis, aer et aqua? *Budaeus* in *Comment. ling. Graec.* γὰρ, inquit παρίλκει etiam saepe apud Atticos, vt καί. IDEM.

5) Μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβήν] Vere *Diodorus Siculus* libr. 3. ἔστιν αὐτοφυὲς ἔχει τι φίλτρον πᾶσα συνήθης χώρα. Magno pastoralis vitae tenebatur desiderio Daphnis, qui malebat viuere secretis inglorius aruis, ab illis procul moleſtiarum tempeſtatibus, quibus magis vrbana, quam ruſtica vita infeſta eſt. Nouerat enim, felicem illum eſſe ruſticum, qui hilaris cum occidente ſole, finiente laborum et curarum aeſtu, cum ſuis olus et ſuccidiam ſumit. quam quidem, non eruditus palati archi-

rum, deierabat. Exorto iam die, rus remetiri iter inter illos conuenit. Quippe Daphnis et Chloe vrbanam pertaesi vitam id precibus obtinuerunt. Consultum et illis visum, aliquas et illis pastorales facere nuptias. Ad Lamonem igitur cum venissent, Megacli adduxerunt Dryantem, atque Napam Rhodae adiunxerunt: splendideque, quaecunque ad festum faciebant, apparabantur.

CAPVT XXVII.

Tradidit iuxta Nymphas illi pater Chloen, multisque vna cum aliis rebus monumenta illa

architectus, sed fames condit, vt suauius Regum rex non sumat, cuius mensae extruendae causa, montes, syluae et maria lustrantur. *Mundae sub lare pauperum Coenae sine auleis et ostro, Sollicitam explicuere frontem.*

IDEM.

r) Ἐπὶ τοῖς νύμφαις] Omnino corrigendum existimaui ἐπὶ τοῖς V.

IVNGERM.

Forte ἔτι. COLVMB.

Hoc ἔτι ciuitate donauerat *Mollus*, in notis tamen amplexus emendationem Iungermani. *Florentina* et *Heidelbergensis* ex libris manuscriptis tulerant ἐστὶ, quod omnino loco mouendum. Equidem insertum etiam putauerim Δάφνιδι, vt haec fuerit series verborum, παρέδωκε μὲν ὁ Δάφνιδι ἐπὶ τοῖς νύμφαις τ. χ. ὁ π.

BODEN.

Lege ἐπὶ τοῖς Νύμφαις] iuxta siue coram Nymphis, hoc est, Nympharum statuis et imaginibus. Ita frequenter statuae, eorundem nomine, quorum sunt signa, veniunt. Ita *Act.* 14. §. 13. τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως, Iouis collocati ante illorum vrbem. Intelligitur Iouis

ἀναθήματα τὰ γνωρίσματα,[2]) καὶ Δρύαντι τὰς λεπέσας εἰς τὰς μυρίας[3]) ἐπλήρωσεν.[4]) ὁ δὲ Διονυσοφάνης, εὐημερίας ἔσης, αὐτῷ ὑπὸ τῷ ἄντρῳ[5]) στιβάδας ὑπεστόρεσεν[6]) ἐκ χλωρᾶς φυλλάδος,[7]) καὶ

Iouis ſtatua, quae ad portas erat collocata.

MVLLVS.

3) Εἰς τὰς μυρίας ἐπλήρωσεν] Lege εἰς τὰς μύριας. Nam μυρίοι et μυρίας, περοξυτόνως, infinitum atque immenſum ſignificant numerum: At μύριοι et μύριας, προπαροξυτόνως, decies mille denotant, quod magis huic loco quadrat.

IDEM.

Vbi Clenardus? Quis neſcit et proparoxytonon μύριας tonum propter vltimam ſyllabam quarto caſu productam reiicere in penultimam, ſcribique et hic debere εἰς τὰς μυρίας, minime vero μύριας, vt Snecanus emendat. RODEN.

4) Επλήρωσεν] Et hic legend. mihi perquam veri fit ſimile ἐπλήρωσαν. Alias Megacles ſolus hac erogatione erit onerandus.

IVNGERM.

5) Ὑπὸ τῷ ἄντρῳ] *Intro.* Nota ὑπὸ aliquando eſſe idem quod ἐν. *Hom.* κατακρύψας ὑπὸ κόλπῳ, cum occuluiſſet in ſinu. *Herodian.* libr. 6. ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ ταῖς βασιλικαῖς διὰ μέλλησιν αὐτῷ πταισμάτων. Ferentes inter ſe ſermonibus, quantum detrimenti cunctatione illius in oriente res accepiſſent. Ita *Maro* vſus eſt ſub, pro in *Aeneid.* 1.

Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.

id eſt, in templo. *Ouid. Eleg.* 3. libr. 1. *Triſt.*

Nota procul lybicis aberat diuerſa ſub oris.

MOLLVS.

6) Στιβάδας ὑπεστόρεσεν] *Toros ſubſtrauit.* στιβάδες erant ſtramenta e frondibus teneris, calamis, culmis, aut aliis herbis. *Biſetus:* στιβὰς, ἡ εὐτελὴς, καὶ καταπιπλιμένη στρωμνὴ, παρὰ τὸ στείβω, τὸ καταπατῶ. οἱ δὲ τὴν στιβάδα φύλλων χαμαὶ κατα-

στρω-

consecrarunt, Dryantique reliqua drachmarum ad dena millia vsque suppleuerunt. Caeterum Dionysophanes die sereno, ibidem sub antro viridi e fronde toros sternendos curauit, vicanosque omnes dis-

ταχικλιμένων, καὶ πιπατημένων θέσιν καλοῦσι. Erat itaque σίβας thorus humi iacens, ex lignis et ramis confectus, vel paleis et foliis. Vocatur et Graecis σιβάδιον, nonnulli ἀνακλιντήριον appellant. Huius mentionem facit *Aristoph.* in *Pluto.*

— ἀντὶ δὲ κλίνης,
Στιβάδα χοίνων.

Pro lecto culcitram ex iuncis confectam, siue iunceam.

Plut. in *institut. Laconicis*, de iuuentute Spartana: ἐκάθευδον οἱ νέοι ὁμοῦ ἐπὶ σιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν, τῷ παρὰ τῷ ἰσχάτῳ πεφυκότος καλάμου τὰ ἄκρα ταῖς χερσὶν ἄνευ σιδήρου κατακλάσαντες. Simul dormiebant adolescentes in toris, quos ipsi congerebant, arundinum, quas Eurotas fert, summa manibus sine ferro defringentes. Et sane proprie hic sumitur σίβας, respondens Latinorum toro, dicto a contortis herbis. Nam sicuti etiam super toris epulabantur. *Maro* libr. 7. *Aeneid.*

Praecipuumque toro, et villosi pelle Leonis
Accipit Aeneam.

Ad eundem modum super stibadibus epulae sumi consueuerunt. *Anthol.*

— Ποτὶ δᾶπνον ἐπελθών,
Ξυνῇ κεκλιμένην εἶδρακον ἐν σιβάδι.

Ad conuiuium cum veni,
Vidi illam communi accumbentem in stibade.

Idem *Maro* libr. 3. *Aeneid.* innuit.

Extruimusque toros, dapibusque epulamur opimis.

IDEM.

V. ὑπεστόρεσαν. P.

COLVMB.

7) Ἐκ χλωρᾶς φυλλάδος] Hinc λεχεποίης Graecis dicitur lectis et stibadiis herbas ferens idoneas. *Hom.* Il. δ. et 17.

Ἀσπαρτον δ' ἴκοντο βαθύχοιτον λεχεποίην.

Ad

καὶ πάντας τὰς κωμήτας κατακλίνας,[8]) εἰσία πολυτελῶς. Παρῆσαν δὲ Λάμων καὶ Μυρτάλη, Δρύας καὶ Νάπη, οἱ Δόρκωνι προσήκοντες, οἱ Φιλητᾶ παῖδες,[9]) Χρῶμις καὶ Λυκαίνιον· ἐκ ἀπῆν δὲ Λάμπις συγγνώμης ἀξιωθείς. ἦν ἓν ὡς ἐν τοιοῖσδε[10]) συμπόταις, πάντα γεωργικὰ, καὶ ἄγροικα· ὁ μὲν ᾖδεν οἷα ἄδουσι θερίζοντες·[11]) ὁ δὲ ἔσκω-

Ad Aſopum venerunt herboſum, altos iuncos habentem. Hic *Scholiaſt.* λεχεποίην, βαθείαν πόαν ἔχοντα, ἐξ ἧς ἐφι καὶ λέχος ποιῆσαι, herbas ferentem, ex quibus lecti ſiue tori extrui poſſint. Ea de cauſa *Hom. Od.* B. 697 dicit πτελεὸν λεχεποίην, Pteleum herboſam; cum tori ex hac materia extrui ſoleant.

MOLLVS.

8) Τὰς κωμήτας κατακλίνας] Id eſt, ποιήσας ἀναπεσεῖν, vt *Ioan.* loquitur c. 6. §. 10. At noſter pari modo, quo *Lucas* c. 9. §. 14. dixit: κατακλίνατε αὐτὰς, facite, vt diſcumbant. *Plut.* in *Lycurg.* de Charileo: κατακλίνει ἐν βασιλικῇ χώρᾳ τὸ παιδίον, puerum in regia ſede deponit. IDEM.

9) Οἱ φιλητᾶ παῖδες] Omittitur ipſe pater, quem tamen paullo poſt fiſtula ceciniſſe legimus. Forte ſupplendum: φιλητᾶς, καὶ οἱ αὐτῷ παῖδες.

BODEN.

10) Τοιοῖσδε] *Mollus* dederat τοιοῖς δὲ contra ius fasque. IDEM.

11) Οἷα ἄδουσι θερίζοντες] *Qualia canunt meſſores.* Meſſorum cantilena dicta eſt antiquis λειτυέρσης, vel λειτυέρσας, lityerſas: cantionis genus ſic dictum a Lityerſa, Midae filio ſpurio, qui fuiſſe perhibetur ᾠδικώτατος. Fertur Celaenas incoluiſſe, viatoresque excepiſſe, et coegiſſe ſecum θερίζειν· deinde capita eorum amputaſſe, et truncum corporis in manipulos inuoluiſſe:

cumbere iussos, magnifico conuiuio excepit. Aderant praesentes Lamon et Myrtala: Dryas atque Napa; et qui necessitudine coniuncti erant Dorconi; etiam liberi Philetae: Chromis et Lycaenium. Nequidem Lampis, iam impetrata venia, aberat. Cuncta igitur tum, vt inter eiuscemodi compotores fieri amat, rustico agrestique more agebantur. Alius canebat, qualiter modulantur messores: Alter cauillabatur,

uoluisse: ipse tandem ab Hercule interfectus fuisse. Subiungit *Suidas*, ὡς τιμὴν τῷ Μίδᾳ θεριστικὸν ὕμνον ἐπὶ αὐτῷ συντεθῆναι. *Athenaeus* libr. 14. c. 3. ἡ δὲ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ λιτυέρσης καλεῖται. *Pollux* dicit esse σκαπανέων ᾠδὴν καὶ γεωργῶν, cantionem fossorum et agricolarum, et quidem Phrygiacorum. *Menander* in Chalcedonio:

ᾄδοντα λιτυέρσιν ἀπ' ἀρίστου τέως.

Canentem lityersin a prandio tunc.

Eius facit mentionem etiam *Scholiastes Theocrit.* ad vers. 41. *Idyll.* 10.

Θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῷ θείῳ λιτυέρσα.

Attende iam et haec carmina diuini Lityersae.

Hic ipsus instituit, vt in honorem Midae θερικὸς, id est, aestiuus siue messorius hymnus caneretur. Vnde abiit in prouerbium, λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις, Lityersam cantionem canis: quod dicitur de iis, qui non ex animo, sed coacti canunt. Hymnus, quem canebant manipulorum vietores in honorem Cereris, fuit hic:

Πλεῖστον ἄλον ἄλον ἴει, ἴαλον ἴει.

Plurimos spicarum manipulorumque fasciculos mitte.

Nota hic antiquum verbum ἴέω, in cuius locum, teste *Casaubono*, ad *Athen.* p. 892. posteriori seculo successit verbum ἵημι. Cantio, siue cantilena, quae Baccho inter premendum vuas cani solebat, ἐπιλήνιον ᾆσμα, vel μέλος dicebatur, vt notat

ἔσκωπτε τὰ ἐπὶ ληνοῖς σκώμματα· 12) Φιλητᾶς ἐσύρισε· 13) Λάμπις ηὔλησε· Δρύας καὶ Λάμων
p. 147. ὠρχήσαντο· Χλόη καὶ Δάφνις ἀλλήλας κατεφίλουν. 14) ἐνέμοντο δὲ καὶ αἱ αἶγες πλησίον, ὥσπερ καὶ αὐταὶ κοινωνοῦσαι τῆς ἑορτῆς. τοῦτο τοῖς μὲν ἀτυχοῖς ἀ πάνυ τερπνὸν ἦν· ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἐκάλεσέ τινας αὐτῶν ὀνόμασι, 15) καὶ Φυλλάδα χλωρὰν ἔδωκε, καὶ κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων κατεφίλησε. καὶ ταῦτα ἀ τότε μόνον, ἀλλ' ἔς 16) τε ἔζων, τὸν πλεῖστον χρόνον ποιμενικὸν εἶχον· θεοὺς σέβοντες,

tat *Pollux* libr. 4. c. 7.
MOLLVS.

12) Ο δὲ ἔσκωπτε] *Alius sophistice loquebatur*. Apud Lacedaemonios, inquit *Macrobius*, inter caetera vitae instituta, hoc quoque exercitii a Lycurgo est institutum, vt adolescentes et scommata sine morsu dicere, et ab aliis in se dicta perpeti discerent. Quippe nonnunquam iis, in quos iacitur scomma, gratum est et dulce. Quod genus maxime vel sapiens, vel alius vrbanus exercet. At inter mensas, et praesertim inter pocula, vbi facilis est ad iracundiam prouocatio, suadeo ab eiusmodi dictis facessas: et magis quaestiones conuiuales vel proponas, vel ipse dissoluas.
IDEM.

Σκῶμμα negat *Macrobius Saturnal. Sermon.* L. VII, c. 3. init. exacte respondere vocabulo Latino. Describit autem per *morsum figuratum*, quia saepe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas. Dat exemplum *Cornificius* IV. libro. *de arte dicendi ad Herennium* coll. *Plut. Sympos.* L. II. c. 1. Non raro carminice expressa sunt. Itaque iunguntur ἄσμασιν a *Plutarcho* in *Pericle*: Πολλοὶ δ' ἦδον ἄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αὐτόν. Prae caeteris tamen salsis eiusmodi iocis vsi,

tur, cuiusmodi cauilla, dum vuas prelis premunt, iaculari consueuere. Philetas fistula, Lampis canebat tibia. Dryas et Lamon tripudiabant, Chloe et Daphnis mutua sibi impertiebant suauia. Prope etiam pascebantur capellae, veluti in festi huius communionem venientes. Non aeque gratum id oppidanis erat. Sed Daphnis, vocatis aliquibus nominatim, viridem suppeditauit frondem, prehensisque cornibus oscula fixit. Neque tunc temporis duntaxat, sed vsque dum illis vita suppetebat, potissimam vitae suae partem

vsi, qui ἐπιλήνια cantabant. Nam hi plerumque Satyrorum personas induerant, quos σκώμματα in primis decent. *Athenaeus* V, 7. Επάτην δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. Confer et *Longum* supra L. II. c. 2. De epilenniis vero consule interpretes ad *Anacreont.* Carm. LII, 8. et, qui primo loco nominandus, *Rittershusium* ad *Oppiani Cyneget.* L. I. v. 126.

BODEN.

13) Εσύρισε] Ita veteres. *Mollus*: ἐσύριξε, nemine praeeunte.

BODEN.

14) Αλλήλας κατεφίλουν] *Se inuicem deosculabantur.* τὸ κατὰ hic nota esse αὐξητικόν. Quemadmodum, quamuis in re dissimili apud *Lucam Act.* c. 20. §. 37. καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον, κατεφίλουν αὐτόν. Et ruentes in collum Paulli, deosculabantur eum. Belg. *konden sich niet sat aen hem kussen.*

MOLLVS.

15) Vide, quae dicta sunt ad L. I. c. 12. n. 2. vbi tamen legas *Ioan.* X, 3. ad quem *Pricaeus* locum similem notat ex *Corippo Africano:*

— *Et in vnum congregat agnos,*
Nomina nota vocans.

BODEN.

16) Αλλ' ἕς] V. ἓς. P.

COLVMB.

17) Αλ-

τες, νύμφας, καὶ Πᾶνα, καὶ ἔρωτα· ἀγέλας δὲ προβάτων, καὶ αἰγῶν πλείσας κτησάμενοι· ἡδίσην δὲ τροφὴν νομίζοντες ὀπώρας καὶ γάλα. Αλλὰ καὶ αἰγὶ μὲν ἄρρεν[17]) παιδίον ὑπέθηκαν, καὶ θυγάτριον γενόμενον δεύτερον, ὅιος ἑλκύσαι θηλὴν ἐποίησαν· καὶ ἐκάλεσαν τὸν μὲν, Φιλοποίμενα,[18]) τὴν δὲ, Αγέλην.[19]) Ὅτως αὐτοῖς καὶ ταῦτα συνεγήρασεν. Ὅτοι καὶ τὸ ἄντρον ἐκόσμησαν, καὶ εἰκόνας ἀνέθεσαν, καὶ βωμὸν ἐποιήσαντο ποιμένος Ερωτος,[20]) καὶ τῷ Πανὶ δὲ ἔδοσαν ἀντὶ τῆς πίτυος οἰκεῖν νεὼν, Πᾶνα στρατιώτην ὀνομάσαντες. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ὠνόμασαν καὶ ἔπραξαν· τότε
p. 148. δὲ νυκτὸς γενομένης, πάντες αὐτὸς παρέπεμπον[21]) εἰς

[17]) Αλλὰ καὶ αἰγὶ μὲν ἄρρεν] *Florentina*, *Commelin.* item et *Iungerman.* ediderunt ἀλλὰ καὶ ἄρρεν μὲν, deficiente vocab. αἰγὶ, in textu vero Molli desideratur ἀλλὰ, quod in notis redditur.

DODEN.

Suppleo, ni fallor, vere: παιδίον αἰγὶ ὑπέθηκαν.

IVNGERM.

Lege: ἀλλὰ καὶ αἰγὶ μέν.

MOLLVS.

[18]) Φιλοποίμενα] Φιλοποίμην. Nomen infantis masculi. Quasi dicas *Pastorum amans.* Est enim compos. ex φίλος, amicus, et ποιμὴν, pastor. Est et nomen proprium praetoris Achaeorum, cuius vitam vide apud *Plutarch.*

IDEM.

[19]) Αγέλη] Nomen filiae Daphnidis atque Chloes. Latine Grex, armentum.

DEM.

[20]) Ποιμένος Ερωτος] Cuius imaginem varia antiquitatis monumenta exhibere videntur, in primis ea, quibus vel ipse fistula canit, vel id Faunos docet. V. *Collection of Gems by Ogle* tab. 29. *Museum Florent.* Vol. II. t. 16. et passim in *Lip-*

partem greges pascendo, deos, Nymphas, Panam, atque Cupidinem colendo, transigebant, plurimos ouium caprarumque greges adepti: nullum tandem cibum sibi dulciorem, quam poma atque lac rati. Quin et prolem masculam caprae suppositam, et filiolam, altero partu editam, ouis educere lac mammis assuefecerunt. Et nomen impositum alteri Philopoemenis, alteri Agelae. Hoc modo cum illis et illa consenuerunt. Hi etiam antrum exornarunt, signa consecrarunt, aram Cupidini pastori statuerunt, Panique, Stratiotae decorato nomine, delubrum pro pinu habitandum dederunt. Sed haec posterioribus temporibus nominarunt et fecerunt. Tunc vero temporis, cum iam dies in noctem abiisset, cuncti eos

Lipperti Dactyliotheca. BODEN.

21) Πάντες αὐτὸὺς παρέπεμπον] *Omnes illos deducebant.* Solet sponsa ad lectum deduci, et a foeminis in eo collocari, quem ritum *Petronius* tangit his dictis: Iam ebriae mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque ingesta exornauerant veste. Quod ipsum *Catullus* his versibus significat:

Iam cubile adeat viri:
Vos bonae senibus viris
Cognitae bene foeminae

Collocate puellulam.

Dicebantur hae foeminae Romanis pronubae. Immixti et aliquando erant viri, quemadmodum hic. *Artemidorus* libr. II. καὶ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει τῷ τε γαμοῦντι, καὶ ἀποθνήσκοντι, οἷον παραπομπὴ φίλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Vtrisque enim idem accidit, et ducenti et morienti, videlicet comitatus amicorum, virorum ac mulierum. *Hieronymus* ad Demetriadem: quam habitura pronubam? quo deducenda comitatu?

stridor

εἰς τὸν θάλαμον,[22]) οἱ μὲν συρίττοντες, οἱ δὲ αὐλοῦντες, οἱ δὲ δᾷδας μεγάλας[23]) ἀνίσχοντες. καὶ ἐπεὶ

stridor punicae linguae, procacia tibi Fescennina cantabit. MOLLVS.

[22]) Εἰς τὸν θάλαμον] Θάλαμος, Thalamus, a θάλος, ramus virens, vel vbi vir ac mulier θάλωσι, hoc est, florent. *Scholiast. Pindari Olymp.* Od. 5. inquit: θάλαμος κυρίως ἐστὶν οἶκος, ἐν ᾧ κατακλείονται αἱ νυμφευόμεναι, ὅτι θάλωσαι τῇ ἡλικίᾳ συνέρχονται γάμῳ, cella, in qua includebantur et custodiebantur sponsae. Hunc enim locum ab iis, qui Homerum secuti sunt, θάλαμον dici notarunt veteres, in hac enim aedium parte, quam mulieres frequentabant, versabantur puellae, vt procul a virorum congressibus haberentur. Vnde *Phocylides* praecipit alibi, virginem diligenter ἐν θαλάμῳ seruari, ne foris conspiciatur, vsque ad nuptiarum tempus.

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.

Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.

Virginem custodi bene clausis thalamis;
Nec eam vsque ad nuptias ante domum conspici sineris.
Liberorum pulchritudo difficilis est custoditu parentibus.

Hinc παρθένος ἐκ θαλάμου, virgo intacta, ἢ ἔτι ἐν θαλάμῳ ἀναστρεφομένη. At hic intelligitur torus, siue lectus genialis, cuius facit mentionem *Seneca* Libr. 16. contr. 6. Versae sunt in exequias nuptiae, genialisque lectus mutatus in funebrem. Dicitur *Heliodoro* Νεόπηκτος. Νεοπήκτας ἔτι τὰς θαλάμους ἔχων, cum recens thalamos compactos haberet: *Theocrito* Νεόγραπτος, nuper pictus. *Idyll.* 18. v. 3.

Πρόσθε νεογράπτῳ θαλάμῳ χορὸν ἐστάσαντο.

Ante nuper pictum thalamum chorum instituerant.

Luciano κλίνη νυμφικὴ, vbi illi sermo de nuptiis Alexandri cum Roxane.

IDEM.

[23]) Οἱ

eos ad lectum deduxere genialem, fistulam alii inflantes, alii tibia canentes, nonnulli ingentes sustol-

lentes

23) Οἱ δὲ δᾷδας μεγάλας ἀνισχόντες] *Alii faces in altum tollentes.* Nouae nuptae faces praeferri solitas, multa tam Graecorum, quam Latinorum, monumenta declarant. *Lucian.* in *Herod.* ἡφαιστίων συμπαρεῖση, δᾷδα καιομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος ὑμέναιος οἷμαί ἐστι. Et dux Hephaestion adstat, facem ardentem tenens, formoso admodum iuueni innixus. Quas faces Heliodorus νυμφικὰς appellat. Τοιαύτας, inquit, libr. 2. Aethiop. ἐπὶ σοὶ λαμπάδας ἀντὶ τῶν νυμφικῶν τῇ δαίμονος ἄψαντος, cum tibi faces huiusmodi pro nuptialibus facibus numen accendissет. Ad has faces alludit *Achill. Tat.* libr. 1. c. 8. Τὸ μὲν γὰρ Ελένης τῶν γάμων πῦρ ἀνῆψε κατὰ τῆς τροίας ἄλλο πῦρ, nuptiales Helenae faces, Troiae funebres accenderant. Idem libro eodem c. 18. vbi pater filium Chariclem triste pereuntem deflens, ait: Τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος· γάμος δὲ ὁ θάνατος. θρῆνος ὁ ὑμέναιος. ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων ἦτος, ὦ δαί. ἀλλὰ σοι, τέκνον, προσεδόκων πῦρ ἀνάψαι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσβεσεν ἡ πονηρὰ τύχη μετὰ σοῦ· ἀνάπτει δέ σοι δᾷδας κακῶν· ἐκ πονηρᾶς τῆς σῆς δᾳδουχίας· ἡ νυμφική σοι δᾳδουχία ταφὴ γέγονεν. Tibi, fili, nunc pro lecto nuptiali sepulchrum; pro nuptiis mors; pro hymenaeo naeniae, pro nuptiali cantu lamentationes, paratae sunt. Aliusmodi tibi ego ignes, fili, accendere sperabam. Sed inuida fortuna illos vna tecum extinxit, funebresque pro iis faces excitauit. O diras faces! nuptialis flamma in sepulchralem tibi commutata est. *Petron.* Iam Embasicoetes praeferebat facem. *Apul.* libr. 3. *aur. asin.* Taedis lucida constrepebat hymenaeum. Quia, inquit *Beroaldus*, lumina nocturna adhibentur, et nuptiis peculiariter vsurpantur.

ἐπεὶ πλησίον ἦσαν τῶν θυρῶν, ἦδον [24]) σκληρᾷ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, καθάπερ τριαίνοις γῆν ἀναρρηγνύντες, ἐχ ὑμέναιον ᾄδοντες. Δάφνις δὲ καὶ Χλόη γυμνοὶ συγκατακλιθέντες, περιέβαλλον ἀλλήλους, καὶ κατεφίλουν, ἀγρυπνήσαντες τῆς νυκτὸς ὅσον οὐδὲ γλαῦκες· [25]) καὶ ἔδρασέ τι Δάφνις ὧν αὐτὸν ἐπαίδευσε Λυκαίνιον· καὶ τότε Χλόη πρῶτον ἔμαθεν, ὅτι τὰ ἐπὶ τῆς ὕλης γινόμενα, ἦν ποιμένων παίγνια.

tur. *Plut.* scribit, quinque faces in nuptiis accendi solitas fuisse, cuius rationem vide in eius problematibus. *Plinius* notat apud Romanos nuptiarum faces ex pinu alba fieri solitas, tanquam auspicatissimas: quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, quas faces praeferebant patrimi et matrimi, qui ἀμφιθαλῶς, ὅπερ ἐστὶν, ἀμφοτέρες τὲς γονῆς ἔχοντις περιόντας, Graecis dicebantur, hoc est, vtrinque florentes, ambosque parentes adhuc superstites habentes. Inter Graecos nubentium matres solebant δᾳδεχεῖν. *Apollon. Argonaut.* libr. 4.

— ἔφερα γάμῳ θυμηδίες ἀντιάσειας.

Τίκνα τε φυτήσαιο. θεὰς δ' ἐς δαῖτα κάλεσσα
Πάντας ὁμῶς· αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσσιν ἀνέχον
Νυμφίδιον, κείνης ἀγανόφρονος εἵνεκα τιμῆς.

— *Vt vero nuptias incundas haberes*
Liberosque produceres, Deos ad conuiuium vocaui.
Cunctos simul, ipsa manibus facem praetuli
Nuptialem, illius egregii causa honoris.

Scholiast. ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδεχεῖν, ἔθος ἦν, καὶ εὐριπίδης ἐν φοινίσσαις φησίν· ἐγὼ δὲ ἁτέ σοι πυρὸς ἀνήψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει μητρὶ μακαρίᾳ, olim moris fuisse, vt matres in nuptiis praeferrent faces, etiam Euripides in Phoenissis dicit

lentes taedas. Cumque prope ad fores acceſſiſſent, dura, aſperaque canebant voce, non hymenaeum perſonantes, ſed veluti tridentibus terram radentes. Caeterum Daphnis et Chloe nudi vna cubantes, ſe inuicem amplexabantur, atque deoſculabantur, noctuarum ad inſtar, inſomnem illam ducentes noctem: et patrauit Daphnis, quae illum docuerat Lycaenium. Atque tunc primum Chloe didicit, ea quae in ſylua acta fuerant, paſtorum ludum iocumque fuiſſe.

dicit: Non tibi facem accendi, lumen in nuptiis legitimum, vt decet matrem beatam. IDEM.

24) Καὶ ἐπεὶ πλησίον ἦσαν τῶν θυρῶν, ἤδον] Cum iam ianuae appropinquaſſent, canebant. Cantio illa, quae foribus accini ſolebat, quando amans intromitti cupiebat, vocabatur veteribus κρουσίθυρος. Caeterum notat *Heſych.* quod κρουσίθυρος, fuerit μέρος τι, hoc eſt, pars quaedam, licet non addatur rei nomen, cuius pars ſit, forſan ſubaudito nomine ᾠδῆς, vel αὐλήσεως. Nullus dubito, quin ſit legendum apud *Heſych.* pro μέρος, μέλος. Quippe ipſe etiam *Euſtath.* notat, eſſe nomen αὐλήσεως ποιᾶς. At alluſiſſe noſter ad veterum illum ritum videtur, quo receptum erat, vt thalamo nuptiali applicitis ſponſis, altum canerent. Ne, dum in lecto cingulum ſponſus ſoluebat ſponſae, vox patientis virum, quiritantisque audiretur. Firmat hoc *Scholiaſtes Theocrit.* ad verſ. 7. Idyll. 18.

Ἀειδον δ' ἅρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἰγκροτέουσαι
Ποσσὶ περιπλέκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.

Canebant autem omnes vnum carmen pulſantes (ſolum) Pedibus connexis, circum autem reſonabat corpus hymenaeo.

Hic Scholiaſtes. Τὸν δ' ἐπιθαλάμιον ᾄδουσιν αἱ παρθένοι πρὸ τῦ θαλάμυ, ἵνα τῆς παρθένυ βιαζομένης ὑπὸ τῦ ἀνδρὸς ἡ

φωνὴ μὴ ἐξακούεται· λανθάνει δὲ κρυπτομένη διὰ τῆς τῶν παρθένων φωνῆς. IDEM.

25) Οσον ἀδὲ γλαῦκες] *Non magis, quam solent noctuae.* Qua comparatione innuere vult Auctor, ambos illos totam ferme noctem, iocando, ludum ludendo suum, transegisse. Quippe haec ales noctu vigilare, cunctisque dormientibus aliis, volare perhibetur, vnde et noctis Domina appellari solet. De hac aue *Eustath.* in *Hexaem.* τὴν γλαῦκα, φασὶ, τὴν ἡμέραν ἀμαυρᾶσθαι τὴν ὄψιν, τὴν δὲ νύκτα ῥόπυσθαι. Noctuae, vt ferunt, oculis interdiu caligo offunditur, nocte eam visu valere. *Basil.* hom. 8. καὶ ἐκείνης ὄψις, νυκτὸς μὲν ἐῤῥωται, ἡλίῳ δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦται. Ideo *Aristot.* de *histor. animal.* libr. I. cap. I. noctu eam vagari refert. Hinc vigiliarum ratione Aesculapio Medicinae praesuli appingere antiquitas solet, quod nihil medicum tam decere putaret, quam vigilantiam. Haec apud Graecos olim, praesertim Athenienses Mineruae sacra habita, indubium victoriae signum fuit. Eratque sapientiae et prudentiae, quam Pallas ex patris cerebro nata, daret, simulacrum, quibus administratae res, optatum procul dubio finem, praeuia aura diuina, sortiuntur. IDEM.

LAVRENTII GAMBARAE

EXPOSITI

AD ILLVSTRISS.

ANTONIVM PERENOTTVM

CARDINALEM GRANVELAM

ET IN REGNO NEAPOLITANO PRO REGE

Dum lentus recubo platani frondentis in vmbra,
Et fontes hortosque cano, et surgentia tecta
Arcis Alexandri Farnesi, atque aduena, et omnis
Indigena admirantur opus: loca saxea quondam,
Et rapidis nemora alta feris gratissima, sed nunc
Magnorum heroum sedes, quamquam iter (*inter*) opacos
Se tollat Cyminos montes, siluasque Capenas,
Haec mecum voluebam animo: tua pagina cur non,
Egregium celebrat PERENOTTVM, sit licet illa
Rustica, et emeritas persoluis carmine rates (*grates*)?
Ipse ego, GRANVELANE, libens tua facta referrem
Ante alia, et cunctis longe gratissima: at obstat
Ingenium tenue, et iam fesso in corpore vires
Ob longam aetatem inualidae. Quod si superum rex,
Et pater ipse sui mihi numinis inspirasset

Partem aliquam, vt quondam dulci aduenionte iuuenta
Cum malis non canebat, nec crine senectus,

Non ego Amazonidum pugnas, atque impia Thebae
Praelia, non Lapithas, canerem, pugnataque bella
Romulidum, non facta tui (licet inclyta) magni
Caesaris, at potius tua tot benefacta, tuumque
Nomen in hac gelida celebrarem valle canendo.
Et circum (haud dubito) pariter iuuenesque, senesque
Gauderent mecum, cuperentque audire canentem
Me tua facta, tuique simul decora alta parentis.

Sed longe tua iam virtus ita nota: locoque
In tam sublimi posita est, vt non nisi vates
Egregii, et cantu celebres tua facta, tuamque
Virtutem digno possint extendere cantu.
Namque tuis nostrum factis felicibus aeuum
Exornas, nec fama altis latet abdita siluis;
Sed coeli geminos iam nunc peruenit ad axes;
Haud aliter, quam purpurei per gramina flores
Alcinoi decorent hortos, et odore nitenti
Prata colore suo, quum iam rediit rutilum Ver,
Nunc pueros canet expositos tibi GAMBARA Daphnim,
Et Leucen tuus ille, sinet si caelicolum rex
Atque hominum hunc vitae cursum, spatiumque tenere
Antoni: quondam quos me referente sub alta
Audisti platano, qua Cryptae fons rigat hortos
Ferratae et septem colles, et collibus vrbem
Impositam spectat, Tyrrhenaque marmora longe:
Ocia Farnesi, et Latiis loca grata poetis.

Interea

Interea dum prudenti moderamine et aequa
Lance incorruptus populis das iura, bibunt qui
Sebethi liquidos fontes, et vatibus vrbem
Dilectum PERENOTTE tenes, regisque Philippi
Sceptra vicesque subis: placidis qui flectit habenis
Hesperias gentes, qua currit Iberus in aequor
Coeruleum, placidis foecundans cursibus agros,
Haec lege post rerum moles, si forsan habebis
Ocia, et hoc nostrum dabitur percurrere carmen.

LIBER PRIMVS.

Lesboum ad littus Mitylene est magna, potensque
Diuitiis, summisque viris notissima, et altis
Porticibus longe insignis, domibusque superbis.

Campus erat bene cultus agri florentis, ab vrbe
Non longe distans Mitylene, ad caerula ponti
Conuersus, sol occiduas qua spectat ad oras.
Opportunus erat pecori locus, aruaque circum
Commoda erant flauae segetique et dulcibus vuis
Fertilis, atque olea: mons et sublimis alebat,
Venatrix et silua feras, liquidisque cadebant
Rupibus e gelidis rauco cum murmure fontes,
Et pelagi salsis se fluctibus immiscebant:
Qua mare pulsabat tumido nemora ardua fluctu.
Huius erat dominus fundi ditissimus agri
Atque auri Dionysophanes, satus Actore magno.
Has sedes custos Lamon vxorque colebant,
Ambo confecti senio, natisque carentes.

Hic legere increpitans zephyros, terreſtria flores
Sidera, et ante alios vigil, Autumnalia poma
Carpere, et in ramos includere ſumma flagella
Arboris alterius, quibus et cognoſcere ſiccis
Gaudeat herba locis, vel amet ſub veſpere fontes,
Aut Solis radios, vmbroſa aut viuere ſiluae.
Illum ideo Dionyſophanes, atque vxor amabant,
Ad quos primores fructus floresque ferebat.
Is dum ſub lucem procurua ad littora Lesbi
Paſceret, adſpexit capram dumeta petentem
Inuia: bisque die maculoſi velleris hoedum
Linquentem ſeptis, hoedum miſeratus, et ira
Succenſus, capram eſt per deuia nota ſecutus,
Vicini nemoris longe veſtigia ſeruans:
Et vepres ſuperans ſiluae deuenit ad vmbram:
Serpentesque hederas inter, dumosque virentes
Infantem molli proiectum inuenit in herba:
Atque illum Tyrio cinctum proſpexit amictu.
Huic laeuo lateri fulgebat paruulus enſis
Argento ornatus capulum, paruumque monile
Cingebat roſeos humeros, et candida colla.
Atque immulgebat pueri bina vbera labris
Alternis capra, et ſuſpenſis greſſibus ibat
Hunc circum, teneros ne laederet vngula vultus
Aſpera: vel tactu Tyrios macularet amictus.
Hic dubius ſtetit, an puerum ſpoliaret, et ipſum
Expoſitum in molli moriturum linqueret herba.
Dum vero haec agitat, ſubito veſtigia preſſit.
Et ſaepe admirans, ſtupidam potuiſſe capellam

Caſibus

Casibus humanis mansuescere: grande putauit
Esse nefas hominem pecudi concedere: cui mens
Prouida, cui ratio est: gregibus cui cura regendis.
Continuo lachrymans puerum est miseratus: et illum
Accedit properans, geminisque amplectitur vlnis:
Et labris libans roseis mille oscula, secum
Infantem laetus paruas portauit ad aedes.
Quem dedit vxori dono: atque insignia parui
Condidit infantis: si quando posceret vsus
Ei factura fidem, et forte ostensura parentes.
Phyllis at obstupuit coniunx: dehinc talibus infit:
An generant caprae pueros? tunc ordine Lamon
Vxori narrat factum, Daphnimque vocarunt,
Dilectum agricolis nomen, pecudumque magistris,
Et notum pecori, et passim memorabile siluis.
Annus at interea processerat vnus, et alter:
Cum Leuce est simili fortuna educta: Dryas quam
Infantem expositum vicino aspexit in antro.
E saxo stabant musarum vbi plurima signa
Agrestum resoluta comas, succinctaque circum
Ilia, marmoreosque sinus, ceu laeta iuuentus
Cum ducit sacra solemnes luce choreas.
Fons erat in summo scatebris surgentibus: ex quo
Riuus aquae multo per concaua saxa fluebat
Murmure: et egressus muscosa e rupe rigabat
Florentes herbas circum, et vicina salicta.
Antrum erat hoc positum in silua, prope littora ponti
Siluicolis: calami enodes multaeque cicutae,
Munera pastorum, pendebant fornice rupis.

Littoreis hic paſtor oues paſcebat in oris.
Qui nuper pecudem enixam cum ſaepe videret
Veſpere linquentem caulas: et mane petentem
Antrum illud, rubeae contorſit vimina virgae
Nexilis in faciem laquei, rupemque ſubiuit,
Quaeſitam et pecudem proſtratam vidit in herba,
Molliter infanti praebentem bina puellae
Vbera, vagitu quae non loca concaua rupis
Implebat: ſed labra mouens, mentumque, papillas
Alternas pecudis geminas tenero ore premebat.
At poſtquam labris tepidum lac hauſerat infans:
Tunc ouis obſequio materno ſedula ſenſim
Inuitae ſimilis ſurgit: collumque puellae,
Et faciem lingua tergit: blandosque recedens
Saepius in Leucen oculos conuerſa reflectit.

Picta aderant iuxta crines redimicula, nec non
Mitra auro effulgens laeui, gemmisque coruſcis.
Velabat Leuces niueum latus aurea laena:
Candidaque aurati cingebant crura cothurni.
Hinc altrix vbi diſceſſit, caulasque petiuit,
Infans confeſtim iacuit deuincta ſopore.
Suſtulit admirans Paſtor, caſuque repertam
Littoreas illam gremio portauit ad aedes
Confeſtim, vxorique dedit, Leucenque vocauit.

Hos veluti proprios natos, Lamonque, Dryasque
Nutriuere, greges ambo ſeruare docentes:
Et canere, et teneris ſtipulam percurrere labris.
Vicinas habuere domos, vicinaque prata,
Inter ſe noti, capras, et Daphnis in vnum

Et

Et Leuce pecudes ad pascua compellebant
Concordes: quibus vnus amor, quibus vna voluntas,
Atque greges vna pascendi sola cupido.
At Lamon doctus capras educere, Daphnim
Alloquitur: paucis tempus, curamque, modumque
Pascendi per prata greges te, nate, docebo.
Tuque animo haec memori, Leuce, praecepta reconde.
In primis fer sacra Deo, qui condidit orbem,
Cum passim vestit se versicoloribus arbos
Floribus, et viridante coma, foecundaque tellus
Effundit varios e iacto semine foetus:
Et laeti carpunt siluis noua gramina tauri,
Aequalisque dies somno est: et cum rubet vua
Collibus, et siluae laeto spoliantur honore.
Ne sint a gelidis longe magalia siluis:
Ne longe sint prata, tuo sed proxima ruri.
Et tu praecipue quum Sol fugat astra, nouumque
Inducit terris lumen, noctemque resoluit,
In nemus haud longe positum, fontesque capellas
Tempore Veris ages: namque aether terque quaterque
Vno eodemque die discussa nube relucet:
Vel piceos interfundit vaga lumina nimbos
Terque quaterque simul, (*tunc*) et via lubrica multum est.
Tunc pluuia e caelo delapsa, et sudor abundans
Ob perplexum iter, et longum per tesqua, nemusque,
Lanigero pecori nocet, et nocet aduenies sol:
Praecipue nuper detonso vellera lanae.
Verum aestate greges vna cum sole recenti
In siluas duc, nate: licet tua proxima linquas
Pascua:

Pascua: longinquosque petant pecuaria montes.
Namque ea grata magis sunt gramina, quae nocturno
Rore madent, guttae dum per noua gramina lucent,
Fulgentes, veluti gemmae, quas mittit Hydaspes.
Deinde bibant fontes vicina in valle repostos.
Quum vero argutis nemora insonuere cicadis:
Atque aestus passim insurgit: tu coge capellas
Iam pastas subter ramos, vmbramque virentem:
Vt captent dulces somnos, strataeque calorem
Euitent: sed cum decedere coeperit aestus:
Perque nemus strepit aura leuis: quae pascere rursus
Inuitet te prostratas in valle capellas,
In siluas tu pastor agas pecus omne: petat Sol
Hesperium donec sero sub vespere littus.
Grex potet liquidos fontes, vndamue recentem.

Est similis Veri Autumnus: quo, nate, teneto
Pascendi similem morem, sed vitis honore
Quum fuerit spoliata suo: et folia ipsa iacebunt
Lapsa solo: tunc claude gregem sub rupe tuoque
Impendes curam pecori, ne frigore primo
Laedatur, quamquam capris noceat magis aestus,
Atque ouibus noceat mage bruma: sed aethera summum
Quum sol adscendet rapidus, compelle capellas
In frutices dumosque, et in alta cacumina montis.
Lentiscum namque hircus amat cythisumque rubosque
Arbutaque, et teneras salicis cum cortice frondes.

Tu, Leuce, pecudes custodi in ouilibus: et non
Montanis specubus: quas pasces planitiem per
Omnigenis florentem herbis: quae gramine pingui

Et

Et iunco careat: nam pinguia pabula villos
Efficient rigidos. lappas fuge, et aſpera prata,
Et ſiluis tribulos: nam tunc dumeta, rubique
Et paliurus oues ſpinis tondebit acutis.
Inſuper inuenies pro vellere vulnera centum:
Quae ſentes fecere: nemus ſi intrabis opacum.
Nec te poeniteat ſtabulis incendere cerui
Cornua, et egregios ſudantia Galbana ſuecos:
Atque acre Abrotani totum cum ſemine germen.
Quo nidore graues fugiunt diuerſa Chelydri
Per loca, vel reddunt animam ad praeſepia: nec ſe
Tollere humo poſſunt, vel ab ore effundere virus.

Has ſtabulis dum bruma riget ſcelerata tenebis:
Queis nec erunt vnquam foenilia clauſa, recedat
Donec hyems. ſtipulaque etiam, viridique geniſta
Sterne ſolum: et ſtabulis effer ſordesque fimumque.
Atque locum ſternes iterum, paleaque, nouisque
Virgultis: carpant vt ſomnos mollius, et nec
Lanicium vligo corrumpat, ſcabraque fiat
Vngula foecundi pecoris, dum nocte quieſcit.

At cum molle pecus duces aeſtate ſerena
In ſaltus, vallesque cauas, ſiluamque comantem,
Cum Sol ſe Eois oſtentat clarus ab oris,
Fer textos ſemper caſſes et retia tecum:
Queis pecudes paſtas, quum ſurgunt ſidera, claudes:
Ne nocturnus oues, qui ſemper obambulat atram
Per noctem, rapiat lupus, in ſiluasque reportet
Imbellem praedam: et furto te laedat iniquo.

Sit

Sit claro candore aries: sit candida lingua:
Sint oculi lana tecti nigrique, simulque
Frontem hirsutam habeat, densamque, et pectora lata,
Atque humeros, nec non clunes: sitque auribus amplis:
Atque intorta gerat, procuruaque cornua fronti:
Ad rostrum conuersa tamen: naresque recuruas:
Et cauda longa, et lata vestigia verrat.
Et quot habet nodos aries in cornibus albis
Exactas tot, scire decet, compleuit aristas,
Et sit ouis molli, condenso et vellere et alto:
Praecipue circa dorsum et fulgentia colla.
Amplum sit corpus, sint crura exilia, venter
Hirsutus, lanaeque color candore ligustra
Alpinasque niues superet. Milesia tales
Fert tellus: tales per prata herbosa Galesi
Pascit oues alto nemorum sub tegmine pastor.
Infractas longasque aures, villosaque terga,
Et simas multum nares tuus hircus habebit.
Sit collo et ceruice breui similisque Elephanto
Sit villis. tamen ille duces erit optimus inter,
Nate, gregis, cui sub malis verrucula duplex
Hinc atque hinc collo dependet: cruraque crassa,
Et caput exiguum ostendat, sitque asper in hostes
Cornibus, atque etiam pernix: sint cornua in ipsos
Versa humeros, quae conspicuo sint aemula vitro.
Tuque caue semper pinguem ne laedat iniquus
Dente oleam: namque arrodens caper improbus acri
Morsu infoecundam (dictu mirabile) reddet.
Sit corpus nitido adspectu magnumque capellae:

Velabit

Velabit denſo candentia corpora villo,
Et molli ſumma ceruice lacinia duplex,
Hinc atque hinc dextro, et laeuo pendebit ab armo.
Ianua ne ſpectet Zephyrum, Boreamue, ſed Auſtros,
Vt bruma admittat ſoles adoperta ſerenos.
Sitque locus ſaxo inſtratus, vel concaua rupes:
Qua capras nocte includes! fruticumque maniplis
Saepius hanc verres: multo ne ſordida coeno
Atque immunda fimo nares offendat odore,
Caprigenoque gregi noceat, ſetoſa rigentes
Infuſcet variis maculis, et odore nocenti.
Molle pecus, ſi magnum aeſtum, frigusque laboremque
Eſt paſſum: ſubito ne carpat gramen, aquaſue
Hauriat: at paulum ſeptis, aut rupe quieſcat.
Quum tondere pecus fuerit tibi cura, memento
A molli duros lana ſecernere villos,
Et longa a breuibus, nec non et candida ab atris
Vellera velleribus. ſed cum iam fortior aetas
Venerit, et validis adoleſcent viribus anni.
Morborum cauſas, et eaſdem auertere, vimque
Herbarum expediam, namque experientia longa
Noſcere me has artes, et reddere poſſe ſaluti
Caprigenum pecus erudiit, catulosque furentes
Ex rabie, pecorique grauem depellere peſtem.
Ne puer expecta, dum te pecuaria proles
Deficiat: nam morbus eam penetrabilis auſert.
Paſtores ideo ante alios, o nate, quotannis
Progeniem ſortire gregi. Tu mitte capellas
In Venerem primus, dum candida capra ſuperbos

Inter

Inter se in siluis decernere cogit amantes:
Quos sanguis iuuenilis alit, nec amara senectus
Tendere in aduersos thalamis pro dulcibus hostes
Impedit, aut perferre die, vel nocte laborem.
Ipse canis non sit genitus de stirpe Molossa,
Qui domini a clauso nocturnos limine fures
Arceat inuisos, vel sit custodia tecti
Per noctem, totumque diem, non Tigride natus.
Sit catulus, cane et Hyrcano, Persasque parentes
Aut Medos referam: quibus, animosque videre
Pugnantum placet: et ruere in certamina Martis:
Qui fusum lacerant hostem, qui sanguine gaudent.
Nulla tibi sit cura canes nutrire Lacaenas.
Retia non etenim pastori tendere syluis
Conuenit: atque lupo permittere septa rapaci.
Forma tamen tibi talis erit (nec fallor) vt albus
Sit canis: vt si forte lupus nocturnus ouile
Inuadat, rapiatque pecus: discernere possis
Hunc inter sublustrem vmbram, nemorumque tenebras:
Ne catulum incautus ferias: dum figere telo
Pugnantem contra properas, furemue, lupumue.
Dissimilis sic ille feris erit acribus. At quae
Signa magis placuere mihi te, nate, docebo.
Non breue, nec longum catuli sit corpus: at amplo
Pectore, villosoque: latusque, humerique patentes.
Sint illi demissae aures longaeque, caputque
Non paruum, spirent nigrantia lumina flammas.
Sint vngues magni: setosaque crassaque crura:

Nam-

Namque humeris lupus interdum *rapit* improbus agnam
In ſiluas fugiens: ideo impiger, et robuſtus
Sit canis, atque ſequi raptorem per nemus omne
Ne metuat: praedamque ablatam ex ore ferino
Eripiens voti compos ſub ſepta reportet.
Collo (*colla*) canis corio et clauis cingatur (*cingantur*) acutis.
Huic poſitum breue ſit nomen: namque ille vocantis
Audiet actutum vocem: curſuque citato
Aduenict. Pecudes etiam breue nomen habebunt.
Farra fero pingui tepidoque immiſta parabis:
Vt catulos paſcas diſtento ventre voraces:
Atque addes coctumque (*fabae**) cicerisque liquorem.
Sed tepidum, non feruentem: ſuperingere pingui
Hordea iam madefacta ſero. Poſtrema nec eſto
Cura canum: nam cuſtodes ſunt ruris et horti.
Cuſtodes ouium ad caulas, ad paſcua, fidi,
Latratuque ſuo terrent furesque luposque.
Tum miro dominos ſtudio comitantur euntes,
Et nulla exacto poſcunt ſtipendia menſe.
Saepe canum Lycabas magni memorabat amoris
Exempla, atque fidem in dominos. ſat nunc erit, vnum
Si referam: vos autem animos aduertite veſtros.
Fors Methymnaeus Pterelas tendebat ad vrbem
Florenti aetate, et calamis confiſus, et arcu,
Et cane veloci genita de ſtirpe Melampi.
Ecce

†) Omiſſum: *rapit*. BODEN.

*) Ita ſuppleo lacunam ex *Colum*. R. R. L. VII, c. 12. IDEM.

Ecce autem multos nemoroſa in valle latrones
Vidit in inſidiis poſitos: ſubitoque reliquit
Coeptum iter, et retro flexit veſtigia, at illum
Praedones ſunt per diuortia nota ſequuti.
Sed miſer ille manus, coniectaque tela ſequentum
Effugere haud potuit: licet arcum intenderet, atque
Pro caro pugnaret hero canis aſpera in hoſtes
Conuerſa. infelix frondoſa in valle viator
Vulneribus iacuit multis confoſſus: et ipſa
Eſt etiam multos ictus perpeſſa Lyciſca,
Non animum concuſſa metu, non ſpicula vitans.
Impia turba artus ſpoliant: direptaque ſecum
Arma ferunt, zonamque grauem: miſerabile corpus
Alitibus iacet, atque feris immitibus eſca.
At quamuis Pterelas dominus iam mortuus eſſet:
Ipſa canis tamen haud corpus linquebat in alto
Aggere proſtratum, ſed funereos vlulatus
Ore dabat, quos paſtores hauſere, locumque
Actutum petiere, lupos vlulare putantes.
Hic ſubito ſueta arma manu ſumpſere, canesque
Latratu excitos ſecum duxere relictis
Armentis gregibusque, viamque per inuia carpunt.
Vt venere, vident proſtratum corpus, et atro
Sanguine reſperſum, traiectaque pectora telis,
Atque canem iuxta, (viſu miſerabile) quae tunc
Latratu diras volucres arcebat, at illi
Humana ſubito moti pietate, ſepulchrum
Foderunt, vbi membra viri poſuere tepentis.
Dumque illum iniecta tegerent tellure, canis ſe

Tunc

Tunc ſaltu dedit in foueam, dominique iacentis
Ad gelidos proiecta pedes ſe ſtrauit, et vltro
Seſe eodem condi tumulo gaudebat amore,
Et deſiderio domini. tunc moeſta iuuentus,
Hanc ſubito extraxit terra, pepulitque ſub altam
Vicini nemoris rupem, quae inuita receſſit.
Mox ipſum Pterelam canis haud oblita, reuiſit
Cum gemitu et queſtu nocte aduenientе ſepulchrum,
Nuper et emotam tellurem extraxit acutis
Vnguibus: inque ipſum ſeſe coniecit hiatum.
Atque ibi vulneribus partim, partimque dolore
Afflicta, et pariter vitae pertaeſa, ſub auras
Vitalem effudit nemoroſa in valle calorem.
Paſtores, qui per ſiluas armenta virentes
Paſcebant, videre canem liquiſſe nitentis
Hoc caeli lumen ſpirabile, protinus illi
Tellurem iniecere, prius quam foderat ipſa.
Haec ſat erit, pueri, Lamonem audiſſe docentem,
Dum ſalices caprae ſiluis paſcuntur amaras.
Haec dixit ſenior: mox ſeſe in tecta recepit.
Gaudebant pueri haud ſecus, ac ſi regna potentum
Parthorum regerent. capras mage Daphnis amabat,
Et Leuce pecudes, quam mos paſtoribus eſſet.
Et merito: nam ſe pecudi debere ſalutem
Dicebat Leuce: Daphnis ſe munere vitam
Viuere nutricis caprae. Ver venerat, et iam
Irriguis herbae campis ſiluisque virebant:
Linquebant et apes aluearia et vda petebant
Paſcua, fragrantes et odoris floribus hortos,

Dumisque, et siluis auiaria laeta canebant,
Et nuper geniti saliebant mollibus hoedi
In pratis, Leuceqtie greges, et Daphnis in vnum
Compulerant: circùm et resonare arbusta videbant
Concentu variarum auium dulcedine Veris.
Fundebant et apes per florea prata susurros.
Dumque agni vmbriferis in vallibus exultarent,
Et ludo inter se certarent frondibus hoedi:
Ipsi incompositas procurua in valle choreas
Plaudebant vna pedibus, niueosque legebant
Certatim et croceos flores, lectosque vicissim
Alter in alterius gremium iactabat amantis.
Et multa arboreis texebant serta sub vmbris.
Saepe et oues Daphnis pascebat vallibus altis.
Saepe reducebat Leuce dumeta petentes,
Praeruptamque iugis rupem, vel saxa capellas.
Interdum caueam virgo texebat agresti
Ex stipula, captamque inter carecta locustam
Stridentem questu, subito includebat inani
Carcere: et implebat caueam siluestribus herbis.
At puer incidens operosa haud arte cicutas,
Et molli cera adiungens, inflabat: et illae
Fundebant tremulos per pascua proxima cantus.

Tunc puer, haec animum pascunt vmbracula nostrum
Diuersusque color florum volucrumque susurri.
Suaue mihi est examen apum spectare, per vmbram
Huc illuc volitare, parant dum praelia saeua
Miscere inter se, murmur sit in aethere: vel cum
Tinnitu reuocantur apes, vel puluere iacto.

Incidit

Incidit in laxos fero ſub veſpere caſſes
Muſca et apis, quas iam praedae curſuque parata,
Vt coecis latebris proſpexit aranea, ab antro
Proſilit, et telae medium procurrit ad orbem:
Concuſſitque plagas pedibus, et rete timentes
Implicuit morſuque ferox apis occupat ora,
Atque alas pedibus: ſed apis perplexa tenaci
Soluere ſe haud poterat nodo, ſuaque arma mouere.
In latebras tandem protraxit aranea praedam,
Et rurſum caeſo hoſte caua ſe promit ab aula,
Et curſu muſcam petiit, morſuque feroci
Semianimem arripuit, tectisque induxit auitis.
O ſi ſpectaſſes illam, chariſſima Leuce,
Sarciret miro dum ſciſſas ordine telas,
Atque cauos orbes retis, quibus inuoluuntur
Et muſcae nec non et apes catulique lacertae.

Interea inter ſe pueri dum talia ludunt
Intenti leuibus ſtudiis, euenit vtrique
Inſignis caſus, per quem puerilibus annis
Creuit amor, curasque nouas in pectore ſeuit.

Nuper erat lupa frondoſis enixa latebris
Ad littus partu catulos, et plurima paſſim
Damna dabat: ſtabulis pugnas ſtragemque ciebat,
Praecipue quum nox caeli micat ignibus, et quum
Implentur pluuia foſſae, et vaga flumina ſecum
Saxa trahunt, ideo agricolae, pecudumque magiſtri
Conuenere ſimul: partimque in littore, partim
In nemore vmbrifero, partim prope proxima ſepta
Effodiunt terram ferro, foſſaque patentes

Efficiunt, tranſuerſa tegunt quas mollia quercus
Brachia, et innumerae viuo cum ſtipite frondes.
Vt lupa ſi gregibus cunctis inimica pararet
Per noctem inſidias, caderet delapſa latentes
In foueas, aſt illa tamen non decidit vnquam
Praetenſos in tot caſſes: ſed ſaepius altas
In foſſas cecidere greges, prolapſus et ipſe eſt
In foueam incautus ſero ſub veſpere Daphnis
Turbidus, vt referam: niſi te cognoſcere vatum
Poeniteat tenues Antoni hoc carmine curas.

Inter ſe aduerſi incurſabant cornibus hirci,
Alter et effracto cornu fugiebat: at alter
Verſa ſequebatur victi veſtigia curſu
Ardenti et iamiam fugientis terga premebat:
At puer ob fractum cornu, pugnamque dolebat:
Et faſtus quum non poſſet perferre ſuperbi
Victoris: ſequitur per florida prata ſequentem,
Frondenti huic virga minitans, iraque tumenti
Concitus haud ſpectans, quo deuia ſemita ferret:
Ambo in ſubiectam foueam cecidere, ſed hircus
Iam victor, prior eſt lapſus, Daphnisque ſecundus.
Quumque puer caderet, caper illum tergore lato
Excepit, dorſoque ſedens ſeruatus ab illo eſt.
Diriguit Daphnis mentem formidine preſſus,
Non ſecus, ac ſi tunc foret atra in tartara lapſus.

Aſt vbi mens illi rediit, vocemque recepit:
Implorauit opem, lachrymansque in vota vocauit
Atque gemens ſuperos omnes. tunc pallida Virgo
Non ſubiti caſus fortisque ignara cucurrit

Ad

Ad foueam, viuumque iubet ſperare ſalutem.
Quaerit opem Virgo latos feſtina per agros:
Atque inuertentem foecundos vomere campos,
Intentumque operi Dorconem in valle recurua
Adſpicit, auxilioque vocat, qui protinus illi
Adſuit. illa enim (*etenim*) lachrymas fundebat, et altam
Implebat gemitu ſiluam exanimata dolore.
Ad foueam ardentes veniunt, nexisque repente
Zonis et virgis ſalicum extraxere, reducuntque
E tenebris claram in lucem ſub veſpere ſero:
Poſt etiam primis effractum cornibus hircum.
Dorconi immenſas grates puer egit: et ambo
Inde greges timidi ſiluis petiere relictis,
Et ſolitum ſubiere antrum. Dehinc margine fontis
Depoſuit veſtes, laticesque intrauit: et vda
Argilla immundum, canoque,(*coenoque*) hircique cruore
Ipſa ſuis manibus Leuce pulcherrima lauit.
Suadebat iam veſper oues in ouilia paſtas
Ducere, noxque atris ſurgebat ſparſa tenebris:
Quum pueri ex agris redeunt: agit illa paternas
In aulas pecudes: agit hic in ſepta capellas.
At Dorcon Leuces thalamos optabat, amore
Iamdudum magno accenſus: qui fertilis agri,
Qui nemorum quoque diues erat, magnaque Dryanti
Iunctus amicitia: patriis nam vallibus olim
Lanigeras vna pecudes pauere per agros.
Hunc adiit tentans, precibus ſed non ſine multis,
Non ſine muneribus: ſpondens aluearia centum,
Atque cados mellis totidem, et mulctralia ſeptem,

Bisque decem pecudes, oleae et plantaria centum
Paciferae; et tria terga boum, vitulumque quotannis
Vbera sugentem matris, geminosque iuuencos
Assuetos tolerare iugum, atque inuertere ferro
Tellurem: iam iamque suo sermone Dryantem
Ceperat, atque aliis cunctantem flectere donis.
At Leucen senior dignam meliore marito
Esse putans, spreuit taedas promissaque dona
Dorconis qui despectus se vertit ad artes
Occultas, vanamque animo spem credulus hausit.
Nanique obseruabat cum Daphnis, et aurea Leuce
Alternis pecudes ad flumina nota diebus
Ducebant. ideo insidias componere tales
Accingit sese actutum: dum candida Leuce
Sola agit ad fontem pecudes sub vespere (namque
Saucius occultum sub pectore vulnus alebat)
Decreuit tacitus vim pulchrae inferre puellae.
Atque lupi pellem arripiens, quem taurus aduncis
Cornibus in siluis dederat leto, aspera miscens
Praelia: frondenti in luco, quum nullus adesset
Nec Pastor, nec fidus Hylax volucrisque Lyciſca,
Induit hanc humeris pellem, villosaque setis
Crura suis aptat demens: pedibusque lupinis
Brachia, nudatasque manus obnubit: et vna
Humanos vultus turpi tegit oris hiatu.
Tunc Dorcon tectus tali sub imagine notum
Accessit subito fontem, dumisque resedit.
Aptus erat locus ille dolis, inculta tegebant
Nam dumeta vias connexaque vimina rupem,

Vepri-

Vepribus hic denſis ita circumſeptus alebat
Spem magnam capere hoc habitu ſe poſſe timentem
Omnes inſidias Leucen, homineſque, feraſque.
Hic ſtrepitum ſic ſtratus humi obſeruabat, et horam,
Pelleret ad potum pecudes qua candida Leuce.

Quid dicam? mora parua, greges ducebat ad vndam
Conſuetam liquidi fontis ſine Daphnide Virgo:
Qui virides ſalicum frondes, vlmique legebat
Pabula poſt. Sed dum ſiluae fontique propinquat
Cum grege lanigero Leuce, tunc aſpera Lachne
Ingrediens virides dumos, comitante Melampo,
Non obſcura dedit latratu ſigna latentis
In conualle Lupi. ſtratus tellure iacebat,
Ceu moles ſaxi, Dorcon. latrare Melampus,
Et Lachne mordere lupum: corioque reſecto
Certatim ardentes non vno vulnere membra
Laedere paſtoris. Virgo turbata ferino
Adſpectu, retro vertit veſtigia curſu
Praecipiti, et Daphnim clamore intenta ciebat.
Obſitus at ſpinis Dorcon vt vidit euntes,
Erexit ſeſe conſpecto Daphnide et vna
Suſtulit illacrymans e denſis vepribus ora,
Ora feri mentita Lupi, pectuſque, manuſque.
Et nota niſi voce illos, ſigniſque vocaſſet,
Flexiſſent retro celeri veſtigia curſu
Ambo; ſed poſtquam vocem nouere vocantis,
Accelerant ſubito ad fontem, et (*atque*) ſubire petenti
Auxilio, rabiemque canum preſſere furentum.

At lacerum Dorconem humeros, et brachia ducunt
Ad fontem: morſuque lauant frigentibus vndis,
Dehinc virides vlmi frondes ſub dentibus ambo
Contendunt: et tunſa ſuper folia ipſa ferinos
Imponunt morſus: tum lento cortice nudant
Frondentes vlmi ramos, quem vulnera circum
In ſpeciem vittae inuoluunt, nodoque tenaci
Adſtringunt. ſed nec Leuce, nec Daphnis in iras
Exarſere animis: pellem namque eſſe putarunt
Paſtorum luſus aliquos. aſſuetus amantum
Inſidiis nec Daphnis erat, nec candida Leuce.
Dorconem dictis moeſtum ſolantur: euntem
Quem ſunt vicinas comitati ad fluminis vndas.

Sed pueri pecus ob ſparſum ſubiere laborem
Non paruum, donec trepidi in ſua tecta redirent.
Cum primum terris inducere coeperat vmbras
Frigida nox, et ſubluſtris iam paene colorem
Abſtulerat ſolitum rebus, coelique nitorem.
Nam pecudes petiere maris caua littora partim:
Et partim ſubiere vias ad paſcua nota,
Pelle lupi, magnisque canum latratibus actae.
Non aliter nimbus volucrum, quum transuolat alta
Aequora, terretur aquila veniente per auras.
Nec poterant plauſu manuum, vel voce, ſonoue
Stridentis ſtipulae, timidas reuocare capellas.
Tunc puer ipſa pedum turbatus ſigna per arua
Nota ſequebatur fugientum per nemus omne.
Tandem ambo rediere domum: feſſique ſoporem
Coepere irriguum. Sed poſtquam lutea paſſim

Aurora

Aurorá effulſit, luxque alto eſt reddita coelo:
In ſiluas duxere greges, laetique ſerenos
Duxerunt ſoles inter ſe: purpureum Ver
Donec floreret campis, et cederet Aeſtas.
Iamque arbor grauibus ramis noua poma tenebat,
Vuaque in aprico mitis iam colle rubebat.

LIBER SECVNDVS.

Dum vero laeti paſcunt ad littora ponti
Molle pecus, ſtrepitus clareſcere coepit ab alto
Armorum, et magnus paſſim increbreſcere clamor
Paſtorum. nam Sidonii procurua tenebant
Littora, et ex agris vertebant ad mare praedas.
Praecipue grauidosque greges, foetasque iuuencas,
Cumque ſuis noua mella fauis. hic vina ferebat,
Hic farra: ille ſenes ad littora nota trahebat.
Namque habitum induerat Sidonius hoſtis agreſtem,
Et circum indigenas tali deceperat aſtu.
Nec mora paſtores vna, pariterque coloni
Ad littus properi currunt; atque arma, manusque
Expediunt: linquuntque greges, ſiluasque virentes:
Et pugnam infeſtis committunt cominus armis.
Atque hinc atque illinc vicinas miſſa per auras
Tela volant: fugiunt Tyrii, quos ruſtica pubes
Paſtorumque manus ſequitur. ſed littora poſtquam
Sidonii tenuere, fugam vertere, nouoque
Nautarum auxilio freti: qui littore puppes
Seruabant, clypeos ſubito contra arma ſequentum

Ver-

Vertere: et multos Baratro miſere colonos,
Paſtoresque ſimul. cruor vndique fuſus arenam
Imbuit: illa nouum contraxit ſparſa colorem.
Non tuba, non litui, non belli ſigna ciebant
Bellica in arma viros: aſt ingens clamor vtrinque
Sublatus bellantem animos acuebat in hoſtes.
Dum vero triſtes ineunt in littore pugnas
Praedones: alii ſociis venere coloni
Vndique et indigenae multi, pecudumque magiſtri
Subſidio: et thalami conſortes ſaxa legebant,
Lectaque portabant gremio, patulisque caniſtris.
Sternitur ante aciem paſtorum gloria, Thyrſis,
Et diues pecoris, cantuque inſignis, et arcu,
Atque auidus pugnae: ſed belli ignarus, et oris
In patriis tantum ſeſe exercere palaeſtra,
Et iaculo, et curſu aſſuetus; non cernere vultus
Bellantum ante oculos, non tela inimica cruore
Vndanti tepefacta ſuo: non quadrupedantum
Corpora mixta viris, gemitusque audire cadentum.
Haeſit enim niueo ſub pectore vulnus, et imas
Perfregit coſtas ictu: tunc deficiens cor
Aethereos hauſtus multo diffudit in oras
Cum gemitu aerias, corpusque exſangue relictum eſt.

Euridamas ſenior armenti diues, et agri:
Paſtoresque inter primus, qui Lesbia circum
Littora paſcebant pecudes: properabat ad vndas
Littoreas hoſti inſidias vt tenderet aſtu.
Sed fuit in numero, paucis comitatus, ab hoſte

Depre-

Deprenſus: teloque femur traiectus acuto
Corruit, et ſocios, incoeptaque bella reliquit.
Aſpera pugna diu. ſed poſtquam ad littora praedo
Confluere ingentem numerum conſpexit agreſtum,
Paſtorumque: eſſet quamuis armatus, ad oras
Littoreas conuertit iter: ceſſitque furori.
Et praedae partem inuitus, multosque ſuorum
Vulneribus ſtratos per prata virentia liquit.
Dum vero fugeret Daphnis, tremebundaque Leuce,
Dorconem inueniunt ſtratum tellure plagisque
Contuſum, et ſpirantem animam cum ſanguine multo.
Qui vidit Leucen poſtquam aduentare per vmbram,
Confeſtim tenuis vigor in praecordia venit.
Haud ſecus apricis quam flos paene aridus aruis,
Ad canis aeſtiuos ortus, caelique calores
Deficit, et terram proſpectat languidus: at ſi
Nubibus e gelidis tenuis demittitur imber,
Tollere ſe ob lapſam pluuiam, et ſe credere caelo
(Sit quamuis radix extincta caloribus) audet:
Tum cubito innixus paucis affatur amicos:
En ego pro bobus moriar maris aequora iuxta,
Pugnando contra praedones: ſumite dono
Hos calamos, quibus egregium Didymaona vici.
Lumine me caſſum lacrimis decorate profuſis,
Et memores eſtote mei, quos ſemper amaui.
Dixit, et in Leucen oculos contorſit, et vna
Indignantem animam liquidas diſperſit in auras:
Sed tauri venere domum, quos fuſtibus actos
Egerat in naues praedo, namque obruta pinus
Turbine

Turbine ventorum piceo, pelagique procellis
Indutos armis omnes, et tela tenentes
Praedones traxit subito subter freta secum
Aspera, et exanimes fundo submersit in imo.
Euasere boues rapidis e fluctibus Austri
Auxilio: quos in littus rapida intulit vnda.

Et pueri rediere domum lacrimantibus vltro
Luminibus, partim pastoris funera propter:
Partim quod posthac accedere nota timebant
Littora. Sic tristes petierunt tecta parentis
Dorconis: referuntque illi vidisse iacentem
Ipsorum ad littus natum, multisque peremptum
Vulneribus. qui continuo sua tecta relinquunt,
Nox licet aduentaret, et aurea sidera vesper
Duceret, et trepidi multis comitantibus ipsum
Accessere locum: quo nati flebile corpus
Stratum erat, et totam noctem fleuere supremos
Implentes longe montes, et littora questu.

Dum Sol luce sua caeli lustraret Olympum,
Continuo pecudum multi venere magistri,
Quos inter Daphnis siue Leuce tristior ibat.
Tum consanguinei terram fodere sub altis
Ilicibus, qua per siluam delabitur amnis:
Intus et extinctum corpus posuere, superque
Iniecere solum tumulo, manibusque racemos
Purpureae vitis super expressere sepulchrum.
Insuper effudit lactis carchesia Mopsus:
Funereasque super frondes coniecit Amyntas:
Et diuersa Mycon seuit plantaria circum:

Et

Et ſeuit rubros flores: iuxtaque ſepulchrum
Depoſuit ſcrobibus lauros, tenerasque cupreſſos:
Atque alii fractis tumulum ſparſere cicutis.
Alpheſiboea ſoror ſecuit moeſtiſſima crines
Extincti ſupra corpus: clamabat et ipſum
Nomine: pallentesque genas foedabat, et ora
Vnguibus, et geminis moerentia pectora pugnis,
Mugitusque boum eſt ſiluis auditus in altis:
Qui curſus incompoſitos per prata dederunt,
Dilecti flentes mortem, caſumque bubulci.
Aſt vbi ſub terra Dorcon eſt conditus alta,
Diſceſſit celerans non ſicco lumine Daphnis,
Atque domum rediit. Sed ſol vbi lumine primo
Perfudit terram, capros in ſueta reduxit
Paſcua: qua paſcebat oues moeſtiſſima Leuce
Dorconis mortem ob ſaeuam: quae poſt vbi Daphnim
Vidit, eam dolor omnis et anxia cura reliquit:
Et cari dulces amplexus laeta petiuit
Daphnidis: ille autem ſedit viridante ſub vmbra
Ad fontem: moeſtusque recenſuit ordine triſtes
Dorconis quondam exequias, gemituſque dolentum
Paſtorum, inſolitoſque boum nemora ardua ſubter
Mugitus, atque antra nouis pulſata querelis,
Tunc Leuce: fieri meruit ſibi talia Dorcon:
Nam nos (vt noſti) ſemper dilexit: et ipſam
Me iuuit, quum tu cecidiſti improuidus altam
In foueam, nec ſola tibi ſuccurrere poſſem
Exanimis: piceaeque inſtarent tempora noctis:
Et noſtrum pecus erraret cuſtode remoto

Per

Per nemus, et certe lupa te natique voraſſent,
Meque ſimul ſparſumque gregem. Subriſit amator:
Sed tamen indoluit recolens benefacta ſepulti
Paſtoris. Viuamus, ait, mea vita: ſimulque
His bene, qui vitam hanc caſte vixere, precemur.

Eſt hortus mihi non longe, quo ſaxea rupes
Pulſatur pelagi fluctu, ventoque ſalubri:
Qui flores, herbaſque ſuo fert tempore, et arbos
Tempore poma ſuo ramis pendentia ſeruat.
Huc matutino veniunt ſub ſole volucres.
Harum pars dulci reſonant loca frondea cantu:
Pars roſtro victum per mollia gramina quaerunt,
Humectant hortum terni (ceu flumina) fontes.
Et ſi quis circum ſepes euelleret altas:
Se ſpectare oculis ſiluamque, vmbramque putaret.

Et referam quum te paſtores per freta vectum
A nautis dixere, gregem prope cura (*curua*) profundi
Littora ſeruantem, ſed me deluſit Amyntas.
Ipſa ego tunc caſu inſolito turbata cucurri,
Littus adimpleuique tuo loca proxima circum
Nomine. nulla dabas tunc tu reſponſa: ſed ipſa
Antra remittebant frondoſa per auia noſtrum
Clamorem. Leuce infelix ad ſepta redibat:
Et ſtipulam trunco ſalicis pendere, gregemque
Errantem ſilua ſine te cuſtode videbat.
Quid facerem miſeranda? metus concuſſerat oſſa,
Atque animum tanto caſu: exanimata videbar
Omnibus, et ſolitus color ore receſſerat omnis
Aſſidue ob ſuſos gemitus, ſpeſque ipſa fluebat.

Nam

Nam caſſum rebar te lumine, Daphni, dolorque
Hos maior ſubito miſeros inuaſerat artus:
Funera duxiſſem quam ſi lacrymoſa parentum.
At poſtquam te non captum mihi dixit Acarnan
Damoetas, ſubito fugit dolor omnis in auras,
Et ſolitae vires animo rediere, abiitque
Pallidus ore color, meque anxia cura reliquit.
An ſit amor dolor ille meus, quem copore toto
Te propter perpeſſa fui, dulciſſime Daphni,
Quis ſcit? et haec dicens puerum complexa ſilentem eſt.
Mox ſic Daphnis ait: Leuce mihi carior ipſis
Luminibus, vitaque eadem quae cura tenet te,
Illa eadem me cura tenet, nosque vrimur igne
Aequali: quem nulla dies exſtinguet, et omnis
Vnanimes aetas cernet, ambosque ſepulchro
Vno eodem poſitos aeuo veniente videbit.
Sic illi fando duxerunt molliter horas:
Verſarent pecudes dum nota ad littora Lesbi.

Iam grauis Autumnus foetu florebat in aruis,
Atque opere omnis ager feruebat: texere pandas
Hic intentus erat contorto vimine corbes:
Hic reparare lacus, et dolia tergere cultro:
Hic procudebat ferrum, qua falce racemos
Stringeret; aſt Clymene formoſa coquebat aheno
Defruta, odoratumque crocum, et contuſa premebat
Allia permiſcens mentam, et bene olens ſerpillum.
Iuſſu igitur ſubito Daphnis, Leuceſque parentum
Liquerunt capras, et oues, et dulcia tecta:
Et vineta ſimul magni petiere Lyconis:

Cuius agebatur iam tunc vindemia, multas
Poſcebatque manus, varias poſcebat et artes.
Carpebat Methymnaeo de palmite Daphnis,
Et Leuce mites in aprico colle racemos.
Lesbos habet vites, quas non ſuſtentat arundo,
Non vlmus, noſtris vt mos eſt priſcus in oris,
Aſt humilis tellure iacet cum ſtipite palmes.
In lintres vuas mites ſub ſole viciſſim
Vimineis Aegle calathis, Naisque ferebant.
At Lamon, Siculusque Lycon, Corylasque premebant
Certatim pedibus immiſſas lintribus vuas:
Et vinum expreſſum e lacubus portabat Amilcon
In domini ingentes cellas; aderantque puellae
Inſignes forma, quae proxima rura colebant.
Hae poſtquam puerum Daphnim videre, repente
Laudarunt faciem egregiam, crinesque fluentes,
Quarum vna ante alias accenſa cupidinis acri
Flamma animum, cunctis ſpectantibus, oſcula ſeptem,
Et totidem amplexus puero dedit. at dolor ipſam
In varias Leucen curas vrgebat amantem.
Qui vero ingeſias calcabant lintribus vuas,
In Leucen varias iactabant vndique voces,
Atque greges fieri optabant, et Virgine ab ipſa
Ad liquidos duci fontes, perque humida paſci
Pabula, et obſcuram ſub noctem in tecta reduci.
At Leuce, quamuis nullo fucata colore,
Ora genaſque tamen, primo ceu roſcida ab ortu,
Aurora enituit, ſtellis per inane fugatis,
Atque ſua effulſit tremulum mare luce coruſca.

Tunc

Tunc ſpectans Leucen Corylas ſic vinitor infit:
Quo properas? namque ipſa tuo ſine lumine linquis
Haec loca diſceſſu, dulceſque in vitibus vuae
Areſcent, nec iam noſtris vindemia votis
Succedet. Leucenque Lycon affatur, et inquit:
Te, Leuce, haud Corylas ridet: licet ille puellas
Agreſtes omnes laudat. mirabere nec tu
Tot laudes tribuiſſe tibi: nam vera locutus
Iudice me eſt Corylas. et tu nec voluere penſa,
Nec tu digna colo, pecudes nec paſcere ſiluis:
Namque efflas, dum tu loqueris, ſerpilla et amomum,
Ore refersque roſas, quas circumfuſa coronant
Lilia, odoratis cum tellus floret in hortis:
Componiſque tuos etiam mira arte capillos
Et comptos premis in nodum, nec flamina (*flaminea*)
curas.

At Lycidas Daphnin formoſum ſpectat, et inquit:
Flos vt odoratis decori eſt pulcherrimus hortis
Alcinoi Narciſſus, et alto vertice ſiluis
Fraxinus, vt ripis Eurotae conſita laurus,
Tu ſiluis decus es, decus es paſtoribus: et tu
Exhilaras cunctos tam laeta fronte colonos,
Luminibusque tuis ſtipulaque et carmine dulci.
Leuce igitur nullas poterat perferre puellas:
Non Daphnis iuuenes. Et erat vindemia, et omnis
Vinitor ambobus odio, pecudesque capraſque
Vt prius optabant in ſuetos ducere ſaltus:
Paſtoreſque audire vmbris, aut monte canentes,
Iamque omnes fructus Autumni, et muſta Lyconis

Condiderant cellis ingentibus: atque coloni
Iam ſua reddiderant caeleſtibus annua vota,
Quorum ope condiderant magno cum foenore fruges.
Et ſimul Autumni fructus hyblaeaque mella
Ipſa domum cum palmitibus Leuce attulit vuas,
Cumque ſuis pariter poma Autumnalia Daphnis
Frondibus, et trabibus nigris ea ſuſpenderunt.
Et cum luſtraſſet patrium Sol lampade littus,
In ſiluas duxere greges, laetique cicutis
Plaudebant: vocem Leuce intendebat acutam,
Fundebatque grauem Daphnis: ſimul et nouus altis
Concentus longe ſiluis reſonabat, et agris,
Quin, et vterque ſibi per laeta inſomnia capras
Saepe videbatur, pecudeſque in paſcua nota
Ducere: et interdum ſolitis ſuccedere ſiluis.

Aduentarat hiems iam frigida, et alba (*alta*) tegebat
Nix terras, ruriſque vias claudebat, et omnes
Agricolae tectis, ſtabuliſque armenta tenebant.
Non vllus pecudes ad paſcua ſueta, boueſque
Ducebat paſtor, nec tecto exibat agreſti
Agricola: aſt ipſos ſua ruſtica tecta tenebant.
Addebant et ligna focis. dehinc ocia noctis
Fallebant opere, aut cantu, praediceret ales
Aduentare diem donec plaudentibus alis
Excubitor. Lycabas linum intorquebat in vſum
Nautarum, fundam balearem ex cannabe paſtor
Intorta faciebat Acon: et lina Menalcas
Apta puer verna ad laqueos, pedicaſque parabat:
Damoetas ſtipulam, et ſilueſtria poma ferebat

Inclu-

Incluſis ſtabulo ſuibus: ſalicumque capellis
Seruatas frondes tecto: oblitique laborum
Paſtores gratos in noctem ducere luſus
Aut ſomno, partoque frui ſub culmine tecti.
Ipſa et hiems magis agricolis, pecudumque magiſtris
Grata videbatur, quam Ver, foetuque Autumnus
Diuerſo grauidus, vel ſpicis fertilis Aeſtas.
At non immemores Daphnis Leuceque virentum
Siluarum, quibus errantes per teſqua capellas
Paſcebant, vnaque cibos conferre ſolebant
In medium; inſomneſque dies noctesque trahebant.
Et varios Veris flores, Veriſque ſerenos
Optabant ſoles, ſolitaſque in vallibus vmbras,
Inque manus quoties veniebat cantharus, vna
Quo biberant olim: vel fiſtula, munus Amyntae,
Quam ſiluis ambo denſis inflare ſolebant:
Cura ingens illorum animos, mentemque coquebat:
Fundebantque preces vno caeleſtibus ore:
Vt longum in tempus nollent producere ſoles
Hibernos, vellentque illos moerore, maliſue
Eripere. Interea Leuces pia mater amantum
Omnes inſidias metuens, fraudeſque, tenebat
Secluſam Leucen, thalamoque exire vetabat.
Et monſtrabat, vti deuoluere mollia poſſet
Penſa manu, et filo fuſum circumdare torto:
Inque globum lanam humentem glomerare docebat,
Tempora connubii memorans iam proxima, multoſque
Addebat monitus, praeceptaque. ſed puer alto

Corde gerens tacitum vulnus, perferre nequibat
Vlterius tardae labentia tempora Brumae.
Inuenitque viam demum, qua posset amantem
Cernere, colloquioque frui, cum clara rediret
Aurora, adducens secum lucemque diemque.

LIBER TERTIVS.

Tollebant sese ante fores, cortemque Dryantis
Vertice frondoso myrti, proceraque laurus:
Alba hedera has inter serpebat plurima eodem
Nata loco: atque vmbram late inducebat opacam:
Speluncae in faciem coniungens summa flagella,
Brachiaque, et virides dextra laeuaque corymbos.
Gratus erat locus hic auibus, quibus ipsa placebat
Bacca hederae, aut myrti: merula et non copia parua
Turdorum volitare loco, et considere densis
Frondibus, et canere: haud aliter, quam Veris in ipso
Tempore, et ad Solem surgentem pandere pennas,
Frigillaeque adèrant solitae diffundere tantum
Solibus hibernis querulo de gutture cantus.
Aucupium ille igitur simulans deuenit ad aedes,
Quae non longe aberant, vbi Leuce cara manebat.
Et viscum, et tenues calamos, liquidoque ferebat
Conditos cum melle cibos, et dulcia vina,
Aucupii clarum specimen, testemque futuri.
Ille autem sub fasce viam carpebat iniquo.
Deuenit postquam non recto tramite myrtos:
Ex humeris deponit onus, gelidumque cothurnis

Excu-

Excutit humorem, mox se sub fornice condit:
Et tacitus validis aptat sua retia truncis,
Et densas inter frondes, vmbramque locauit
Ordine fallaces virgas, viscoque tenaci
Obduxit lauri ramos, et prima flagella;
Nocte quibus volucres somnos captare solebant.
Ast vbi composuit sese, obseruabat amantem,
Si forte exiret tecto, obseruabat et ipsas
Hinc tacitus volucres dextra, laeuaque canentes:
Atque etiam aduentare alias in retia praedas.
Moestus erat Daphnis, quoniam nec foemina, nec vir,
Prodibat stabulo, aut foribus, nam rustica pubes
Ante forum stabat, et Daphnim nulla tenebat
Spes infelicem, se posse subire Dryantis
Tecta domus, Leucen aut illa luce videre:
Et trans in volucres crimen, culpamque ferebat.
Mox secum tales incepit fingere causas:
Singula subiiciens, quae contradiceret hospes.
Ignem sumpturus veni. Tectumne Philetae
Igne caret, tuaque ipse domus, vicinaque circum
Culmina tot? Vinum ne petam? Vindemia facta est,
Implestique cados albo, vinoque rubenti.
Prata sequebatur celerans per proxima Mopsi
Me lupus. Ast vbi sunt vestigia pressa sequentis
In niue? Sed pane indigeo. Tibi mantica plena est.
Captarem veni vt volucres. Cur retia postquam
Legisti tot plena auibus, non tendis ad aedes,
Daphni, tuas praedamque patri ostensurus, et artem?
Conspicerem, veni, vt Leucen, qua laetus abirem

Conſpecta. Occultos ignes, curaſque fatebor
Vnanimes an ſponte patri, Leuceſque, meaſque?
Non faciam, mihi connubium fortaſſe negabunt:
Forſan et immeritae dicent mala iurgia Leucae.
Et pueros decet eſſe domi, nec tecta paterna
Linquere, cum gelidi ſpirant mala frigora venti.
Dum vero haec animo voluit, conſurgit, aueſque
Captiuas laqueoſque leues, maculoſaque lina
Colligit, atque ſuas moeſtus ſe vertit ad aedes.
Tunc puero caſus felix ſuccurrit, et illum
Detinuit mora nulla, canis prorumpit, et ambas
Fauce fores, pedibuſque aperit, quae pectus, et armos
Fumantes hoedi currens rabido ore ferebat,
Abſtulerat quos e domini canis improba tecto.
Tunc valido ipſe Dryas per cuncta cubilia furem
Fuſte ſequebatur: celeransque aduenit ad ipſas
Vicinas myrtos et Daphnin abire volentem
Atque humeris imponentem iam retia, praedamque
Adſpicit; accedenſque inquit: Puer optime ſalue,
Et Daphnim, tamquam natum, complexus in aedes
Duxit: et appoſitis iuſſit diſcumbere menſis
Sperantem nil tale vnquam, merulaſque palumbeſque,
Et turdos, et frigillas, et retia menſis
Depoſuit, narrans: quae taedia longa fuiſſet
Ob glacialem hyemem paſſus, clauſusque paternis
Sedibus ignauam non grata per ocia vitam
Duxiſſet, monſtrans volucres, quas retibus, et quas
Ceperat occultis laqueis, viſcoque tenaci.
Laudabant pueri ingenium Bauciſque Dryaſque:

Et

Et ſolers ſtudium aucupii: puerumque iubebant
Mandere. tunc matris iuſſu moeſtiſſima Leuce
Fictilibus ſuccos vuae fundebat amanti:
Phyllide multa Dryas ſuper, et Lamone rogabat:
Feliceſque illos dehinc terque quaterque vocabat,
Qui talem extrema puerum inuenere ſenecta,
Tutamen magnum ambobus requiemque ſenectae.
Poſt epulas carmen Daphnis modulatus ad ignem eſt;
Circumducta colo traheret dum vellera Leuce,
Filaque formaret digitis deducta ſupinis
In gyrum, et prono torqueret pollice fuſum.
Dehinc poſitis dulcem ſtratis petiere ſoporem.
Triſtis erat virgo: nam primo lucis in ortu
Non illi viſus Daphnis dilectus abibat.
Deſperabat enim, donec nix eſſet in aruis,
Viſuram ſeſe puerum, moeſtiſſima Virgo.
Orta dies ſine nube, Euri ſurgebat ab oris,
Et radiis Sol purpureis, et lampade fulua
Aureus Eoum ſpargebat lumine littus,
Et tantum Scythicis Boreas ſpirabat ab oris:
Et ſata adurebat gelidis afflatibus arua:
Quum ſurgunt alacres ſtratis, et fronde ſaligna
Contuſam ſaxo ſegetem tunc ſedula Baucis
Secernit cribro, ſalicis de vimine texto.
Quod premit, et tollit quatiens, manibuſque ſupinis
Colligit inuentas ſordes, tunicaſque refractas:
Omnia quae iacit in terram. dehinc illa petiuit
Agreſtem thalamum, cribrumque accepit equinis
Intextum ſetis, implenſque ſiligine fracta,

Suſpenſiſque tenens manibus, huc ducit et illuc,
Deinde foraminibus (detento furfure) florem
Tranſmittit tunſi farris, conchaque patenti
Delapſum vt vidit, tepidas ſuperingerit vndas,
Accenſam ad flammam, quas iam ſeruabat ahenum:
Atque ſale aſpergit ſolito, voluensque ſubacta
Triticea hac maſſa latum formauit in orbem,
Dulcia deinde facit charo pro Daphnide liba,
Et mentam miſcet ſerpillo, tritaque cinnama: (*et cinnama trita:*)
Detrahit atque focis lumbos fumoque iuuenci
Aſſueti non ferre iugum, non vertere glebas.
Mox inquit ſenior: Daphnis Leuceque laborem
Decurrant nobis aliquem cariſſima coniunx.
Ad pueros autem dehinc ſe conuertit, et infit:
Sumite vos calamos, et retia, dum coquit ignis
Agreſtes epulas, geminaſque accedite myrtos:
Ob frigus penetrale domo ne excedite: ſed vos
Fallite pennatas laqueis viſcoque volucres.
Nec mora, iuſſa citi faciunt: ſubeuntque viuentes (*virentes*)
Cum pedicis myrtos: et laeti retia tendunt.
Ille niuis geminos ferro conſtruxit aceruos
In medio cortis ſpatio: quam detulit altam
In foueam coniunctam horto, domuique Myconis.
Dehinc, et viminibus lauri, fruticumque maniplis
Verrit humum Leuce properans: dein ſpargit auena,
Et farre, atque acinis vuae, veterique faſelo:
Serpenteſque hederas inter, myrtoſque comantes
Aptarunt

Aptarunt laeti pedicas, ſummisque flagellis
Decuſſere niuem, et trunco ſedere ſaligno.
Vt paulum tereti conſedit noctua trunco
(Illi quam dono dederat vicinus Alethes)
Erexit ſeſe ſublato pectore: et alas
Huc illuc volitans, pandit: nunc deſilit imam
In terram, nunc et laxat, nunc contrahit artus.
Saepe caput iactans huc atque huc detinet ipſas
Incautas ſaltu celeri, ludoque volantes:
Quae mirabantur coecis exiſſe latebris
Noctis auem, et media verſare in luce diei.
Suſpiransque puer ſic coram affatus amantem eſt:
Harum auium tu cauſa necis, non perdere veni
Has infelices volucres, mea vita, meique
Conſcia, duxque animi, ſolum mea tecta reliqui
Te propter. *Leu.* Scio, ſed ſine me crudelis abibas.
Daph. Haec fateor, non ſponte tamen, rediturus eaſdem
Ad ſedes, cum ſol pallentia redderet aſtra
Leuce noua. *Le.* Quantum poſt haec mihi candida Lachne
Cara erit haec, quae me fecit te cernere Daphnis (*Daphni:*)
Colloquioque frui optato. Sed dic, age, Quid vis?
Daph. Vt noſtri memor eſſe velis. *Leu.* Cum quippe nec vmquam
Sum ſine te, tuque es teſtis, ſuauiſſime Daphni.
Quum diſcedet hyems ventoſa hic Veris agemus
Imbriferi longos, per carmina et otia ſoles,
Gaudiaque in ſiluis pecudes, hirtaſque capellas
Paſcendo, nec erunt Autumni incommoda nobis
Tem-

Tempora, donec humum bruma intractabilis vrot:
Sufficientque gregi frondes, et gramina siluae.
Dum vero inter se dulci sermone loquuntur,
Concessumque trahunt per talia tempus amantes,
Cunctantes illos Baucisque, Dryasque vocarunt:
Qui captam dorso, praedamque, et retia portant.
Tum molli nudant pluma, pennisque volucres
Traiectas coryli virga; quas voluit ad ignem
Accensum Leuce: dehinc mensis dulcia vina
Baucis anus, volucresque assas, et liba reponit,
Ipsa suis manibus quae fecerat. Ast vbi gaza
Agresti est sublata fames, tunc tecta Dryantis
Liquit amans, licet inuitus, praedaeque paternas
Attulit ad sedes partem: dehinc cuncta recenset
Lamoni, volucresque refert captasse Dryantis
Ante fores, vbi sunt myrtique, hederaeque corymbi.
Inuenitque alias fraudes artesque videndi
Dilectam Leucen, tegeret dum prata rigens nix.
Nocturnos stellarum ignes iam lucifer alto
Dispulerat, iamque orta dies renouauerat orbem
Sole nouo, dum ros madido de gramine nondum
Decutitur, sed adhuc reficit sua pignora tellus,
Et late redolent laetissima floribus arua:
Coelumque tractusque soli, et vasti aequora ponti
Lucis erant, quum diues agri pecudumque Lycormas
In sua vicinos pastores tecta vocauit:
Bina quibus positis fecit conuiuia mensis.
Inter quos senior Lamon cum Phyllide, Daphnisque
Et Leuce, atque Dryas vna cum coniuge venit.

Nec

Nec mora, conueniunt omnes, quos ille vocarat,
Atque parant iuxta patrium conuiuia littus,
Frugibus atque onerant menſas: dehinc viſcera tauri
Toſta ferunt infixa veru: geminosque iuuencos
Aſſuetos non ferre iugum, non vertere glebas.
Iamque dapes poſitae menſis, et fictilis vrna
Fictilibus pateris fundebat Lesbia vina:
Deinde coronati myrtoque, hederaque virenti
Diſcubuere toris, qua flumen currit in aequor.

Parte alia implebat Lygmon carcheſia, et Idas
Vina coronabat menſis: narrabat Amilcon,
Paſceret vt ſiluis florenti aetate iuuencos:
Et quos incurſus praedonum littore in ipſo
Sit paſſus Lycidas; Siculus iactabat Amyntas,
Agmina damarum ſe interfeciſſe, lupoſque
Innumeros: calamis poſt Demoloonta fuiſſe
Iudice ſe magno quondam Alcimedonte ſecundum:
Inque vicem Stimicon carmen referebat et Alcon:
Sparſa luto fuerit verno ſi terra, Camille,
Puluere et hiberno grandia farra metes.
Plurima nux quum floret agris foetuſque ſuperſunt:
Tunc calor aeſtiuus, magnaque meſſis erit.
Si folia at ſuperant, non agros Sirius vret,
Frumenta aut rumpent horrea tunſa tibi.
Dum gemmas vites trudunt, ſi non cadat imber
E caelo, vini copia larga fluet.
Solſtitiis ingens prouentus mellis erit, ſi
Florebant multo paſcua flore thymi.

Quum

Quum ſiluae frondent, et ſpirant leniter aurae,
Tunc nemora, atque horti plurima dona ferent.

CLEODEMVS ET MYRSON.

Quae tibi tempeſtas anni pulcherrima, Myrſon,
Ante alias omnes magis exoptanda videtur?
Autumnus? Aeſtasne? an Hyems? an purpureum Ver?
An ne Aeſtas prius Agricolae cum debita ſacra
Vnanimes faciunt ſuperis, et flauus ariſtis
Igneſcit color, et falcem ſeges arida poſcit?

An placet autumnus, cum proles ruſtica curat
Solari non glande famem, non tollere largo
Fonte ſitim; nam tam variis exuberat arbos
Fructibus, atque nouo redolet vindemia ſucco.

Ignauam cupis an ne Hyemem? clauſusque paternis
Sedibus ob gelidi penetralia frigora caeli
Ante focum partoque frui et conuiuia laeta
Ducere, et hybernos agere alta per otia ſoles?
Anne iuuant te nunc haec florea tempora Veris?
Da mihi, quoque ferat te nunc tua certa cupido.

Cum ſint, vt referunt vates, haec quatuor anni
Tempora diuini manibus diſtincta parentis,
Indicium facere haud licitum eſt mortalibus vllum.
Sed dicam, Cleodeme, tibi, quae gratior anni
Pars mihi ſit, vel chara magis. Mihi diſplicet aeſtas;
Nam me ſi breuis hora tenet ſub ſole, coquit me
Sol ſubitoque atque (*aeſtus*) vires et membra fatigat.

Eſt

Eſt pater Autumnus non gratus: namque recentes
Diuerſa effundunt morborum ſemina fructus.
Horreſco glacialem Hyemem, et reſonantia caeli
Murmura, perflanteſque Notos, pluuiaſque, niueſque
Non poſſum, Cleodeme, pati. Sed purpureum Ver
Terque quaterque mihi carum eſt: vtinamque rubenti
Floreret Vere aeternum pulcherrima Lesbos.
Quando non aeſtus grauis eſt, ſceleraſaque Brumae
Tempora, praecipueque nocens Autumnus: at aether
Purior, et volucrum reſonant auiaria cantu,
Et paſſim veſtit ſe verſicoloribus arbos
Floribus, et viridante coma, foecundaque tellus
Effundit varios e iacto ſemine foetus,
Et laeti carpunt ſiluis noua pabula tauri,
Aequaliſque dies ſomno eſt, vmbraeque virentes
Inuitant dulcem captare in valle ſoporem.
Omnipotens pater, aethereas cum conderet oras,
Et molem hanc mundi immenſam, pecudeſque viroſque,
Ver erat, et dulces ſpirabant leniter aurae,
Et paſſim florebat humus bene olentibus herbis.

ALCAEVS ET SAPPHO.

Alcaei haec facies: qui non ceſſiſſet Homero,
Aſt illi ſaltem par et ſimiliſque fuiſſet,
Ni vigiles potius curas luſiſſet amantum,
Et forſan melius ceciniſſet; nam fuit armis
Inclytus, et victor totiens, atque vrbe tyrannos
Expulit, et pacem patriae, rebuſque ſalutem
Reſtituit. Non inferior haec proxima vates

Eſt

Est Sappho : namque illa suo de nomine certis
Versibus imposuit nomen, plectrumque poetas
Ante alios prima inuenit sub flore iuuentae.
Audisset quam cum sociantem carmina plectro
Mnemosyne mentem stupefacta haec dixit: habentne
Mortales decimam Musam? comitemque mearum
Aonidum, numerisque parem, cantuque lyraque?
Conuersus vero ad Lycabam sic inquit Amyntas:
Dic mihi, cur homini fiat vox rauca repente,
Si lupus hunc prior aspiciat? dehinc Methymnaeos
Pastor eris tu pastores mihi maximus inter,
Ingenioque acri, o Lycaba. Subiecit at ille:
Dic mihi, cum leo sit cunctas fortissimus inter
Vngue, animo, morsuque feras, cur horreat omnes
Crista tas volucres, si forte has cernit, et altos
Per montes celeres (*celeret*) rapidos per pascua cursus?
Iudicio cedet nostro tibi Lesbia cantu
Sappho inter Graios fama celeberrima Vates.
Venerat ipse etiam calamis, et voce Philetas
Insignis senior, qui mox tentare cicutam
Incepit digitis, bene si spiraret, et aures
Sibilus haud posset pastorum offendere discos. (*discors*)
Ille modos stipulae varios monstrabat, et artem:
Quique sonus magis armento, pecorique placeret.
Principio longum inflauit, paulum inde remisit:
Et mox concordes sonitus permiscuit omnes.
Concentuque nouo dulcis resonabat auenae
Tecta domus: quam dum inflaret, non fistula tantum
Vna videbatur, sed plures Arcas, et Aegon

Inter-

Interdum canere, atque interdum plaudere iunctis
Solemnes pedibus priſco de more choreas.
Ipſe Dryas ſtipula modulari carmina Mopſum,
Et numeros ſociis gratos percurrere iuſſit.
Deinde choro iuuenum permiſtus, carmen agreſte
Fundebat laetus gratum paſtoribus ipſis.
Saepe erat, atque illi ſimilis, qui falce racemos
Demetit, atque illi, pedibus qui proterit vuas
Lintribus ingeſtas, aliquando muſta bibenti,
Implentique cados ſimilis, corbeſque ferenti.
Omnia, quae ſic ipſe Dryas, ſenior licet, egit
Ordine, et ante oculos poſuit, quo cuncta videre
Turba videbatur circumſtans, dolia, vites,
Corbeſque atque ipſum vere noua muſta bibentem.
Damoetas clamabat, Io Lesboa iuuentus;
Concinite agreſtes cantus, et dicite laudes
Paſtorum antiquas, feriant et ſidera voces,
Et terram alternis pedibus pulſate, Myconque
In morem Ionium choreas cum educat ouantes.
Inflatas frontis venas Meliboeus habebat
Ob ſuccos hauſtos vuae, repetitaque ſaepe
Pocula, fundebant tepidos fluitantia rores
Lumina: cumque forent pariter iuuenumque ſenumque
Paſtorum madefacta mero praecordia, motus
Diuerſos ſine more dabant, riſumque mouebant.
Pars exercebant cantus molleſque choreas:
Parſque grauabatur dapibus: pars caetera ſomno.
Quatuor hauribat dilectae cymbia Niſae
Euridamas ore egregius, primaque iuuenta.

Vertebat totidem Lydae carcheſia Teutras.
Et Pleuron epulas inter libabat in orbem
Pocula Lesboi redolentia nectaris hauſtus:
Atque hilaris circum vini certamen inibat.
Auſonius digitis Pterelas, Cononque micabant,
Et lucta Lymon, Doridas, Arunſque, Medonque
Seſe exercebant: alii curſuque ſagittisque:
Eurytion tenues diſcum iactabat in auras:
Paſtores alii aſtragalis, pictiſque tabellis
Ludebant taciti in thalamo, quos Alpheſiboeus
Increpuit, dixitque, diem vos, o mea pubes,
Polluitis, quam nos celebramus, et annua feſta.

Lymniace his feſtis aderat, Telethuſaque et Arge
Sed choreas non ducebant: Nam vere ſub vdo
Conſortes thalami illorum maria alta ſecabant
Heſperium ad littus: quae poſtquam multa locutae
Inter ſe, ſic Lymniace Lyrneſia coepit:

Infelix virgo, liquit quam miles amator,
Et praedas atque arma ſequi, rapidoſque calores
Saepe pati, longaſque hyemes, et frigora brumae
Maluit, et gelido captare ſub aethere ſomnos.
Interdum tamen et belli furor impius, et gens
Facta pace ſilet, victor direpta reportat
Hoſtibus arma domum, mox ſeſe ex ordine captos
Accingit memorare duces, longoque viciſſim
Contuſos bello populos: ſuperataque regna
Dum memorat, nunc ante ſui nota ora mariti
Laeta ſedet, fruiturque viri ſermone: nec vllis
Exercet curis vitam, nec pignora curat:

Et

Et nunc moesta silet dubio in certamine coniunx,
Vulnera dum, bellique vices, et praelia narrat.
Piscator pelago captat, seu flumine pisces,
Siue lacu stagnantis aquae: quum vesper amictu
Nigranti gelidae noctis se obnubit, ad vrbem
Cum praeda laetus properat: grauis inde reuertens
Aere domum, parto fruitur cum coniuge cara.
Et visco qui fallit aues, seu retibus, et qui
Vertit humum ferro incuruo, seu mollia falce
Prata secat, frugesque metit, quum sacra sacerdos
Indicit populis, redeunt ad dulcia tecta:
In triuiisque agitant choreas, quas aesculus vmbra
Ingenti tegit, et ramis frondentibus ambit.
Venator siluas prima sub luce fatigat,
Inuoluitque feras laqueis, aut comminus hasta
Infensa aggreditur: moriens cadit illa repente
Ante oculos: iuga summa petit vel saucia, et altis
Se condit nemorum iamiam moritura latebris.
At coniunx lecto carpit secura quietem:
Ille etenim laetus spoliis et caede ferarum,
Fert sera se nocte domum, caroque nepotes
Inuisit, tenerique diu complexibus haeret.
Infelix, quam pastor amat, cui flumina cordi,
Et nemorum dulces vmbrae, qui montibus aeuum
Exigit, aut conualle caua, lentusque sub vmbra
Populea pecudum numeros et signa recenset,
Et modo pascit oues, viridi modo ludit in herba
Agrestes calamis versus: modo ducit ad alta
Flumina iam saturos herbosa in valle iuuencos.

Expectat tamen hunc residens in limine coniunx,
Et lassum amplexu molli fouet: inde sub altis
Claudit oues stabulis, dapibusque epulatur ad vndam
Fluminis, aut viridi in luco, qua murmurat vnda
Frondentem subter pinum, siluamque comantem.

Infelix illa ante alias, quam torquet amator
Nauita: nam seu frigus habet terrasque fretumque,
Seu floret ver purpureum, seu messor in agris
Maturas segetes tondet, seu colligit vuas
Vinitor: ille tamen laetus tenet aequora puppi,
Miraturque nouas alio sub cardine terras,
Littoreis capiturque locis, et gaudet ab alto
Prospiciens humiles terras, atque inuia ponti
Tot spatia atque leues volitare per aequora puppes,
Oblitas patriam, et dilectae coniugis ora.

Quam ferus ille, vias pelagi qui primus et atro
Turbine commotum spreuit mare, seque procellis
Miscuit: hunc Libycae genitum de stirpe leaenae
Crediderim, infernisque genus deducere ab oris.
Quid prosunt mihi corallia (*coralia*?) et tua munera Telon
Hesperio deuecta sinu, quoque altus in aequor
Se mergit late Ganges, vbi plurima toto
Littore gemma micat vario perfusa colore?

Haec aure intenta postquam iam nubilis Arge
Hausit, ad externos coepit conuertere amores
Ipsa animum, et socias sic est affata silentes:

O comites, quos a teneris ego semper amaui,
Et quibus ipsa meos nudaui semper amores,
Me miseram tenet alter amor, animoque recursat
Cura recens, vruntque graues praecordia flammae.

Nam

Nam patriis notus paſtor Meliboeus in oris,
Taygeti cui mille greges paſcuntur in altis
Verticibus, totidemque imis in vallibus agnae,
Aſſiduis poſcit precibus connubia noſtra.
Hunc, etenim quum ſacra olim ſolennia ferrent
Paſtores, templi ante fores mihi Niſa ſedentem
Monſtrauit forma egregium, et iuuenilibus annis.
Iſque vbi me Lycida tendentem ad paſcua vidit,
Palluit, erubuitque ſimul comiteſque reliquit,
Et nos a tergo eſt per florea prata ſecutus.
Mecum erat Alcyone ſoror et noua nupta Medontis.
Quid dicam? miſer ille dies noctesque ſub vmbras
Vicini nemoris ſolus ſpaciatur, et omnem
Oblitus pecoris curam, me obſeruat euntem.
Luce noua ad Coriti fontes, et nocte paternam
Ante domum veniente ſedet: ſic proxima noſtris
Culminibus mihi nuper anus Lyrneſia dixit.
Nunc Stimicon meus ignis abeſt, qui per freta ponti
Armatos Lyciae pedites Orientis ad oras
Vexit, et in patriam rediturum rettulit Agmon,
Tranſierint concreta gelu cum frigora brumae.
Vos teſtes, quae dona mihi pulcherrima dudum
Attulerit, quum Sidoniis remeaſſet ab oris.
Quin (noſtri memor) extremo mihi munera miſit
Lecta mari, quae Threiicius puer attulit Haemon.
Sed tantum non dona mouent: quantum ipſa iugali
In thalamo moror, et dulci Stimiconis amore.
Quid faceret (*facerem*) Telethuſa? premunt hinc munera amantis,
Atque amor, et cara (*carae*) toties promiſſa parentis:

Parte alia (nam vera loquar) Meliboeus amari
Dignus et hic: cui multa soli sunt iugera, quique
Me solam (ni sallor) amat, cui gratus in ore
Est color, intonsumque caput, nec lumina laeui
Fronte notant agrestem animum: licet inter opaca
Taygeti iuga sit genitus, laetasque canendo
Inter oues primos florens expleuerit annos.

Tunc Telethusa refert: anima mihi charior Arge,
Quisnam hominum, cuicunque velis, te posse iugali
Connubio sociare vetat, Stimicone relicto?
Exanimum hunc pelagi turbata per aequora forsan
Fluctus habet, ventique truces morientia versant
Corpora per rapidos fluctus: percussaque fluctu
Littora, vota ferens dum tu persoluis in acta.
Nec data saepe tua (*tuae*) sine te promissa parentis
Vlla mouent: tu sola etenim connubia firmas.
Ipsa ego quot mala sum noctes perpessa diesque,
(Annus enim tum me bis senus ceperat, Arge)
Ex quo sum nautae taedas experta mariti.
Quis nescit? meus Hippocoon nunc tendit ad ortus,
Et modo ad occasum solis, modo torquet ad oras
Cannibalum longos immensa per aequora cursus.
Quum vero in patriam rediit, naualia primus
Arma parat, quassamque ratem, et languentia curas
Corpora: sed quum iam Zephyri leuis aura per aequor
Auditur, tranquilla tenet trabe marmora primus.
Semper amat sese surgenti opponere fluctu,
Ignotosque maris gaudet penetrare recessus.
Tantus amor pelagi. tunc me sine coniuge soles

Aestiui

Aeſtiui, longaeque hyemis ſine coniuge noctes,
In tenebris merſam adſpiciunt: nec fingere crinem,
Caeruleaue licet, niueaue inuiſere palla
Solemnes ſuperum ritus, vel proxima noſtro
Templa mari, miſeram tantus grauis vrget amator.
Quin etiam merſaſque rates, ſubmerſaque ponto
Corpora ſaepe virum, ſi quis nouus aduena narrat,
Vel quoties caelo ſtrident venti, aut mare ventis
Tollitur, et gemitus pelagi late inſonat Euro,
Oſſa quatit toties gelidus tremor, oraque pallent
Frigore, et aſſiduus membris ſeſe implicat horror.
Quid prodeſt, ſi rara domum fert munera coniunx
Oceani deuecta ſinu? qua concolor auro
Sol oriens ſeſe Eois attollit ab oris:
Et varios memorat ritus, inuentaque nuper
Tot maria et noſtris incognita ſidera nautis.
Alcimede, dic, cara comes (nam te quoque verſat
Sors eadem) dic, nonne tuus Chorinaeus Acarnan
Et Phlegyas, pelagique minis aſſuetus Helenor,
Et Tegeaeus Eryx, Libyae occubuere profundo?
Quem dolet aeternum Lirneſia Laodomia,
Et miſeram dolor angit: habet nam pignora ſecum
Hippocoon, maria alta docet quae currere, et alti
Noſcere ſigna poli, ventoſque et inhoſpita ponti
Aequora, tranquilloſque dies, hyemeſque futuras.
Quid tum? ſi patrias artes vorat vnda retortis
Vorticibus, natoſque ſimul? nec pignora matri
Flere licet: nec pelagi moritura ſub vndis
Cernere, nec tumulo cineres decorare recenti?

Quare, age, connubio iuuenem coniunge volentem,
Cui tot oliuiferi colles, tot pascua, totque
Taygeti iuga celsa greges armentaque pascunt.
Tu gelidos inter saltus, siluasque soporem
Saepe leuem secura petes: nunc laeta recumbens
Coniugis in gremio, viridi vel in ilicis vmbra
Gramineoue toro, vitreus qua fundit in aequor
Eurotas virides inter vaga flumina lauros.
Ille suos laetus patriis in saltibus ignes
Nunc tenui stipula, dulci nunc carmine, ludet:
Et circum vos verna puer, paruusque Palaemon,
Atque alii, quos saepe iuuat frondente sub vmbra
Et calamis certare, et agresti dicere versu,
Astabunt, totosque dies per carmina condent.

Impulit his animum dictis Telethusa labantem,
Seuit et ardentes accensa in virgine curas.
Suspiransque oculos tunc illa ad littora torsit,
Versabat Meliboeus oues vbi pastor ad vndam.

Mox stipulam inflauit pastorum more Philetas
Compactam septem calamis, quam quisque putaret
Illam ipsam, cecinit pastor qua Tityrus olim
Ob Minci campos ad flumina nota receptos.

Deinde Dryas iussit puerum consurgere Leucenque
Hunc Satyri effigiem simul ac effingere gressus
Illius, et Leucen imitari iussit amatam.

Tunc pastorales habitus, virgoque, puerque,
Deponunt, puer hic incinxit crura, pedesque
Pube tenus corio caprae candentis et hirci:

Deinde

Deinde caput capiti ille suo cum cornibus vna
Imposuit, cornuque petit, velut hircus, et omnes
Aggrediens salit huc illuc, cunctisque timorem
Laetitia mistum immittit sub imagine falsa.
At Leuce in nodum crines innexa, latusque
Circumcincta pedum dextra, calathumque gerebat.
Hunc imitabatur Daphnis, Leucequè puellam:
Quae pellebat oues sub noctem in septa paterna.
Cui se tunc comitem adiunxit: virgo innuba gressus
Cum grege continuit, iuxtaque arbusta resedit.
Sedit et hic iuxta Leucen, quaerebat et ipsam
Flectere supplicibus verbis, pronusque petebat
Connubia. At virgo maleolentia membra, pedesque
Ridebat, talemque manu spernebat amantem:
In Satyrumque ipsum multis conuicia verbis
Fundebat, fugiensque viam carpebat ad imas
Conualles. puer hanc subito est per prata secutus,
Erectusque pedum summos currebat in vngues,
Vt Satyrus, virgo vallem tendebat; erat qua
Consitum arundinibus stagnum: quo se dare iactu
Tunc finxit properans Leuce: mox Daphnis adunco
Cannam vnam secuit ferro, quae secta dedisset
Quum sonitum, subitò iunxit septem ille cicutas:
Et labra adiungens digitis percurrere coepit,
Et modulabatur carmen lugubre per auras,
Vt spretus, moerensque vt amator, amabile: nec non
Et dabat, vt suadens, stipula reuocabile carmen:
Tanquam orans, retro vt vellet conuertere cursum.

At poſtquam laeto finita eſt fabula plauſu:
Atque habuere ſuum (*poſtquam*) conuiuia finem:
Quiſque ſuas ſecuere vias ad ruſtica tecta.

Venerat et ver iam, atque vias luſtrabat Olympi
Luce noua ſol irradians, paſſimque rubebant
Paſcua odorati ruris, viridesque vocabat
Purpureum ver in ſiluas herboſaque prata
Paſtores: Daphnis quos inter primus amore
Perditus exſiluit Leuce comitante, gregeſque
In ſolitum duxere nemus, laetique reuiſunt
Antrum antiquum ingens poſitum prope littora ponti.
Florebat violae omne genus, roſaque alba, rubenſque,
Et flores, inſcripta quibus ſunt nomina Regum:
Nutribat quos aſpirans late aura Fauoni.
De quibus innumeras ambo fecere coronas,
Dehinc veteres cantus imitati alterna canebant.

Qui poſtquam ad ſolitos ſaltus venere, ſub vmbras
Littoreas ſedere, et oues caprasque vocabant
Nomine, et inflatae ſonitu ſtridentis auenae.
Atque ibi ſub dumis frondentibus inuitabant
Fundere praedulces Philomelam e gutture cantus,
Oblitos ob longam hiemem, et mala frigora brumae,
Balatuque ouium reſonabant vndique valles:
Et paſſim ſubſternebant ſe matribus hoedi,
Vbera ſugentes labris, paſſimque procaces
Dum noua laſciuae tonderent gramina caprae.

Iam claro tepidum coelo ver ceſſerat, et ſol
Vrebat ſata culta ſuo ſiluasque calore,
Vicino Daphnis fluuio pelagoque natabat:

Candi-

Candida se Leuce liquidis sub rupe lauabat
Fontibus, et caelo tollebant laudibus ipsam
Aestatem, longosque dies, et tempora noctis
Exiguae, et gelidae damnabant sidera Brumae.
Nam glacialis hiems hos disiungebat amantes.
Haec venabatur per florea prata locustas:
Interdum argutas rapido sub sole cicadas
Siluarum annexa ramis capiebat opacis.
Concutere et Daphnis foecunda ex arbore poma,
Prunaque, et his vesci, nunc frontem pingere moris
Sanguineis, roseasque genas, et brachia, et armos,
Et mox vnanimes ad viuos currere fontes:
Abluere et varium per laeuia membra colorem
Obductum, inque vicem sese perfundere lymphis.
His actis solitum pariter gradiuntur in antrum:
Iuraruntque simul, sincerum hunc semper amorem,
Perpetuumque fore, vt renouarent foedera, quae iam
Firmarent toties. tunc Daphnis talibus infit:
Da dextram, mea vita, mihi, da, candida Leuce.
Polliceor tibi nunc, non altera cura tenebit,
Quam tua me: non alter amor, nec te sine viuam.
Inuisam dabitur si me me hanc viuere vitam.
Subiecit pauca haec puero laetissima Leuce,
Dum sedet ad nitidum fontem: sum semper eodem
Quo tu, Daphni, animo; perque haec tua lumina iuro,
Et mea, quae laudare soles, dulcissime Daphni.
Per capram hanc promitte mihi non linquere Leucen.
Nam tua sum, et tua semper ero: si foedera soluam,
Ipse tuis merito manibus me interfice, tamquam

Sim

Sinu lupa, quae dederit pecori magnum improba damnum.

Haec Leuce. At puer e capris pascentibus vnum
Arripuit, capramque simul, dextraque tenebat,
Et laeua amborum subridens cornua, et infit:
Hanc tibi per capram promitto, hunc atque per hircum
Semper amaturum Leucen. quod si mea mens te
Posthabita, malo sana olim suspiret amores
Forte alios, et noster amor se soluet in auras.
Aspera me sors interimat, vel tu mihi mortem
Spreta dabis, nec corpus humo patiere reponi.
Virginis at Leuces tentabant gaudia mentem
Plurima, per capram postquam promisit amator,
Quarum vna in siluis illum nutriuit opacis.
Mente puella fuit tam simplice, nec tamen illam
Est frustratus amans. Sed cum sol pronus ad oras
Verteret Hesperias cursus, egere capellas
In caulas exinde domum sub vesperis ortum.
Interea multi agricolae, pecudumque magistri
Saepe frequentabant dilectae virginis aedes
Littoreas, stipulaeque sono, iuuenumque canentum
Extructa ad pelagus resonabant rustica tecta
Sub noctem. Sed diues agris pecudumque boumque
Pastores inter primus sine dote petebat
Virginis insignis forma connubia laeta
Lesbius Antileon, promittens magna parenti.
Obtulerantque alii indigenae iam plurima dona.
Sollicitat haec alto voluens sub pectore Baucis
Omnia:

Omnia: decreuit Leuce ſociare iugali
Connubio paſtorem aliquem. namque illa timebat,
Ne quis amans natam raperet, laeſoque pudore
Intactos fructus legeret, floremque puellae.
At nec ſpernebat mater data munera Baucis:
Nec coniunx auidus, longumque trahebat amantes
In tempus, longasque moras, connubia nunquam
Deſpondens. Leuce tantarum haud inſcia rerum,
Triſtis erat, longe ſed Daphnis triſtior, ipſam
Adſpiciens deiectam animo, ſolitoque colore.
Non audebat enim factum, mentemque Dryantis
Detegere, occultoſque toros. Daphniſque rogabat
Aſſidue Leucen, vt amanti pandere vellet
Omnia: namque magis dolor ipſum augebat in horas,
Omnem quam ſi rem noſſet. tunc illa precantis
Mota prece, et multum illacrymans ex ordine rerum
Inuiſam narrat ſeriem, mentemque Dryantis,
Atque procos multos pecudumque, boumque magiſtros:
Agricolaſque ſoli dites, qui laeta petebant
Connubia, atque refert carae verba omnia matris.
Optanti taedas, nec tot data dona recuſat
Dicere: quae genitor cuncta acceptarat, et ipſos
Diſtulerat thalamos in proxima tempora, cum ſol
Aequaret lucem tenebris, atque vua ruberet
Pampineis ſpolita comis in collibus altis.
Tunc miſer atque amens ſubito finire dolorem
Orabat, Leuce amiſſa, capraſque canebat
Poſt mortem ipſius perituras. aſt vbi ſeſe
Collegit, dixit lugubri talia voce:

Pau-

Pauperies mihi ſola nocet, nocet et tibi. *Leu.* quid tum?
Vincemus: ſuperabit amor cuncta ardua, Daphni.
Daph. Lamonem timeo. *Leu.* placidam tu affare parentem.
Daph. Sic faciam. Alloquitur dehinc illam, ardere fatetur
Te pulchram, a teneris Leucen: promiſſaque moerens
Iam toties data commemorat. tunc mater amanti
Spondet opem puero; Lamonem et nocte ſequenti
Aggreditur, factum et longis ambagibus ornat.
Daphnis (*Daphnidis*) vt vero audiuit connubia Lamon,
Indoluit, dixitque: Puer, mihi crede, parentes
Inueniet tandem iſte ſuos. E ſtirpe potentum
Indicia oſtendunt magnis et patribus ortum.
Hic capras, haec paſcit oues, atque hos premit ambos
Paupertas: ambo expoſiti ſub vere fuerunt,
Quid properas puerum vinclo ſociare iugali?
Hic olim Daphnis faciet me teque beatos.
Praeterea hanc animo ſine me ſpem paſcere, coniunx.
Poſtera ſe caelo quum lux diffudit aperto,
Et iubar exoriens diſcuſſit lumine noctem,
Surrexit ſtratis Phyllis, puerumque vocauit
Moerentem ad ſtabuli poſtes, mulcenſque ita fatur:
Daphni, ſumus tenues: vt ſcis tute ipſe, nuruque
Non eget inſigni forma mea, nate, ſenectus,
Lamoniſque tui. Leuce vix nubilis ipſa eſt,
Tu quoque, voſque ambo educti ſub paupere tecto:
Et quae connubii ſint, demens, praemia, neſcis:
Cum creſcit noua progenies, atque vrget egeſtas.

Non

Non poterat Daphnis materna refellere dicta:
Haec fateor, quamquam, et puerum me mobilis aetas
Fecerit: ipse tamen siluis scio pascere, meque
Scis bene quam stipula moduler, vel qualia fundam
Carmina, conqueritur nostro nec de grege quisquam
Vicinam sepem quod fregerit arbuta rumpens.
Et domino pecudes duplicatas reddimus. Et tu
Scis etiam, cum iam nostris crudesceret oris
Pestis atrox: me tunc stabulis tenuisse capellas
Lamonis iussu patris, ne noxius aer
Laederet errantes siluis: non perdidit vllas
Illa lues, inimica gregi, et pastoribus ipsis.
Quae clausae stabulis potabant vitea falso
Pocula fermento permista, vndaque tepenti,
Et sorbis incocta acidis, non mollia siluis
Gramina, sed frutices illis, et vesca diebus
Carpserunt folia in tectis agrestibus vlmi,
Et salicum: nam caprigeno mutata nocebat
Herba gregi, fonsque irriguus, quo tempore valles,
Et summi montes, vicinaque rura sonarent
Languentum balatu ouium, nostrasque per oras
Tempestas furibunda ageret morbosque necemque.
Me quoque quis melius salientes sanguine pastor
Ense ferit venas pecudum, et compescit acuto
Culpam omnem ferro: suffitque mapalia pingui
Verbena, atque arcet nigros ab ouilibus angues?
Me Leucenque etiam quondam expostuere parentes.
Ne dubita, nostros ostendent tempora patres.
Phyllida et haec dicens liquit, septa ipsa reuisens:

Capri-

Caprigenoſque greges in ſaltus egit apertos.
Mane nouo, Eoas cum ſol iam linqueret oras:
Ad quos compulerat cura turbata recenti
Iam Leuce pecudes, cui rettulit omnia Daphnis:
Dixerat heſterna quae mater luce: patriſque
Lamonis mentem aduerſam, taedaſque negantem.
Vnde ſuper thalamo ſermonem ſemper habebant
Inter ſe, obliti canere et ſe immergere lymphis
Perſpicuis, laetoſque dies producere ab ortu
Solis ad obſcuram noctem: ſuperoſque rogabant
Vt longum in tempus vellent extendere ſoles
Aeſtatis: quantoque magis pater accedebat
Autumnus, tanto magis inſurgebat amaror
Mentibus amborum impatiens. Spes ſola fouebat
Moerentes illorum animos, ſuſceptaque vota.
Pampineo grauis autumno iam ceſſerat aeſtas,
Atque coloratos in aprico colle racemos
Monſtrabant vites, poma et ſua mitia ſiluae.
Collegit Lamon fructus, quos ſilua tenebat,
Et domini impleuit Leſboo nectare cellas.
Atque omnes muſta agricolae ſpumantia tectis
Condiderant: nec non fructus, hyblaeaque mella.

Admonet interea Lamonem Thyrſis ab vrbe
Actoridem geminos cum luna peregerit orbes
Venturum rhedis, et equis cum coniuge cara
Regales quo ruris opes, fructuſque videret
Collectas, praedo et pecori quae damna tuliſſet,
Ex agris praedam conuertere ſuetus ad aequor.

Tum

Tum Lamon ſibi non parcit: namque ordine certo
Omnia, quae paſcunt animum, circumſpicit, atque
Dirigit, (*et*) ſiluas herbarum vellit in hortis:
Irriguoſque aptat fontes, et compita verrit:
E ſtabuliſque fimum conuectat in herbida prata.
Ille etiam mira arte locum ſtudioque colebat,
Vt foret in domini aduentu ſpectabilis hortus.
Hortus erat rege Alcinooque, et Adonide dignus,
In ſtadii ſpatium qui ſe extendebat, et alto
Cliuoſoque loco poſitus, magnaque virebat
Planitie, non littorea permiſtus arena,
Sed putri, nigroque ſolo, atque vligine dulci.
Pauſia fundebat baccas: hinc punica mala
Veſtibant ſepem lauro myrtoque virentem,
Non auri deerant imitantia poma colorem.
Intus erant plantae foecunda ex arbore natae,
Tamquam ſub tuto poſitae cuſtode: ſed hortum
Cingebant ſteriles annoſo ſtipite plantae,
In morem ſerti viridantis, et arbore; quamuis
Arbor ſat longe diſtaret ab ordine; ſumma
Attamen inter ſe iungebant brachia, qualis
Siluarum ſolet eſſe coma in conuallibus altis.
Collis erat iuxta culti placidiſſimus horti
Planitiem, de quo paſcens per prata videre
Proxima lanigerum pecus, atque armenta ſolebant;
Et quoſcumque nouum ver parturit aut autumnus,
Aut aeſtas, vel hyems flores, hic hortus habebat,
Longus vbi proſpectus erat, quo cernere poſſes
Per maria alta rates vaſtos proſcindere fluctus.

Hunc hortum longa Lamon aetate colebat
Iam senior, cui non vires, animique vigorem
Debilitat senium, aut mutat. dehinc pellere capras
In nemora alta iubet Daphnim, praeruptaque saxa
Ducere et ad liquidos fontes, et ad ilicis vmbram:
Vt grex in domini aduentu pulcherrimus esset.
Ille etenim spe ductus erat, summam fore laudem
Capturum pueri cura, assiduoque labore.
Namque gregem Daphnis domini duplicauerat omnem,
Iam sibi commissum a teneris, atque efferus altis
In siluis, feroque lupus sua vespere nullas
Aut stabulis dederat leto, scabiesque capellas
Tentarat, non autumno, non vere tepenti.
Ille igitur tunc Lamonis mandata sequutus,
In siluis modo frondiferis noua pabula, nunc et
Littoreis dumeta locis viridantia circum
Quaerebat, gelidumque cauis in vallibus vmbram.
Atque oleo vngebat caprarum cornua, pinguique
Aruina, et villis lappas vellebat in alta
Impexas olim sylua, curabat et, atris
Ne maculis sparsam immundus linguam hircus haberet.

LIBER QVARTVS.

At puer insano iam pridem Daphnis amore
Perculsus, dulci proprias pingueſcere capras
Aspectu atque opera Leuces credebat amantis.
Esse gregem magni pastoris quisque putasset,
Maenalii iuga pascentis, collesue Lycaei.

Moestus

Moestus erat longe Daphnis, primosque timebat
Congressus ignoti hominis: consuetus erat qui
Cum capris ouibusque loqui. Nam Daphnis erat tunc
Illustrem visurus herum, cuius sibi tantum
Nomen erat notum, dicebat et: Heu! quibus ipse
Coneniam dominum verbis? tristisque sedebat:
Amplexus et erant timidi, et suspiria crebra.

Interea peruerso animo, prauoque et amore
Perditus, Actoridem cum Lampes sensit ad aedes
Venturum agrestes, subito metuensque dolensque
Connubium Leucen inter, Daphnimque futurum,
Insidias animo varias voluebat amaro,
Atque dolos. ideo tacitus quaerebat, vt ipsum
Posset herum facere infensum, pueroque patrique:
Inuisos vt vtrosque suis expelleret agris.

Hortum igitur Lampes ingressus, cum tenet alti
Nox caeli medium, et densa in caligine terras
Succidit teneros vna cum stipite ramos:
Atque silens calcauit humum, floresque, torosque
Herbarum attriuit pedibus, decussit ab ima
Radice euulsum tota cum cuspide thyrsum,
Atque furens ferro non pauca aluearia fregit,
Margine et effracto cursus euertit aquarum.
Non aliter, quam cum perfracta sepe iuuenca
Ingreditur virides hortos, atque obuia quaeque
Prosubigit pedibus, tellurem et spargit ad auras,
Aut catulis comitata suis sus acta per agros.

Lucifer at cum iam terris infusus apertos
Lustraret pelagi campos, surrexit, vt imbres

Duceret irriguos per roſcida gramina Lamon.
Protinus vt vacuos proſpexit floribus hortos,
Et ſtratum omne ſolum foliis, et ſumma flagella
Fracta manu, atque aequata ſolo ſata culta, nec vllos
Proſpexit ſulcos hortis, riuumque fluentem
Margine perfracto curſum mutaſſe: rigauit
Pallentem vultum lachrymis, et voce vocauit
Vxorem, tunicam ſcindens. tunc territa coniunx
Proiecit radios, opera atque incepta reliquit:
Et celerant, qua clamor erat, Daphniſque cucurrit
E ſtabulo attonitus: deformatoſque videntes
Florentes hortos heſterno veſpere, plantaſque
Euulſas manibus tenera ab radice, genas tunc
Spargebat lachrymis, fuditque haec pectore Lamon:
Vos florum plantae, vos laeta roſaria, quis vir
Tam ferus euellit? cum ver aduenerit, heu non
Ad caelum vlterius ſolitos fundetis odores?
Nec ſua praecingent diuerſis tempora ſertis
Paſtores laeti vlterius, rurisue puellae,
Vere nouo quoties redeunt noua gramina ſyluis?
Fracta iacet ſepes, atque eſt viduata liguſtris,
Et paſſim ſtrati languent per compita flores.
Hortum, delicias domini, et noua gaudia quondam,
Quo vultu miſer oſtendam? me forſitan vna
Daphnide cum puero pinu ſuſpendet ab alta,
Et dicit damnum capras puerumque dediſſe,
Eſt quarum Daphnis cuſtos. namque ipſe venenum eſt
Arboribus dens caprarum, pedibuſque capellae
Proculcant herbas, et culta afflatibus vrunt.

Parte

Parte alia vt paſſim perfracta aluearia vidit:
Contuſasque etiam pinus tiliasque virentes,
Dixit: Apes miſerae, vos nunc tenet aſpera ſylua,
Noxia vos nunc taxus alit: vel forſitan eſtis
Littoreis nunc praeda auibus, fors praelia veſtri
Inter ſe reges miſcent, dirimitque nec vllus
Accenſam hos inter coniecto puluere pugnam.
Feſſus erat flendo Daphnis, feſſique parentes:
Sed domini terror magis hoc angebat, et horum
Mutauit ſubito mentem. nam qui prius ipſum
Exoptabat herum Lamon comiteſque videre,
Voce precabatur magna, non amplius ipſum
Aduentare: timens, non ſolum iurgia, verum
Supplicia, atque graues torto ſub verbere poenas.
Atqui ideo cuncti non hortum: ſed ſua flebant
Corpora. Tunc Leuce caſu exanimata recenti,
Ante alios noctem inſomnem, lucemque trahebat:
Tamquam proſpiciens pendentem ex arbore Daphnim.
Interea dum lugentes torqueret amaror,
Deformiſque loci caſus, venturaque damna:
Actoridae conſanguineus diueſque potenſque
Venit in agreſtes multis comitantibus aedes.
Qui poſtquam deſcendit equo, tectumque ſubiuit,
Tunc celerans Lamon ſeſe tulit obuius illi:
Et coniunx, Daphniſque puer, veniamque rogabant
Suppliciter proni ante pedes, vt verteret iras,
Quas metuunt domini abſentis; cum viderit hortum
Informem. affirmant ſe inſontes eſſe ſimulque
Nocturnam memorant cladem: iuuenemque precantur,

Tam iuſtas audire preces, quas rite ferebant.
Haec dicens Lamon illum deduxit ad hortum.
Qui poſtquam florum vidit fruticumque ruinas:
Ne dubita, miſerande ſenex, tunc Hyrtacus infit,
Haec domino crudelis atroxque iniuria facta eſt,
Non tibi, quam nunquam patietur, ſi ſciet olim,
Qui ſcelus hoc tantum commiſerit. Haec vbi dixit,
Succedunt tecto. menſas iuxta atria Lamon
Ampla parat, gazaque onerat laetatus agreſti:
Et ponunt veteri carcheſia plena falerno,
Deinde epulas laeti gratas veſcuntur ad ignem.
Interea aduenit nox circumfuſa tenebris:
Atque vmbra picea coelum infuſcarat, et aequor.
At ſol exoriens terras vbi liquit Eoas,
Et luce infuſa tremuli maris vnda reluxit,
Et tenebris terram obductam, caelumque retexit:
Hyrtacus in ſyluis venari ſuetus, agebat
Auritos canibus lepores prope littora ponti,
Cui Dionyſophanes obſcuro haud ſanguine iunctus
Cornibus auratis geminos donauerat arcus,
Et celeres curſu catulos, et morſibus acres,
Addens Gnoſia tela, ſagittiferamque pharetram.
Parte alia laeti agricolae, pecudumque magiſtri
Syluarum extremas incingunt retibus oras,
Immittuntque canes, illi inſtar fulminis acti,
Accelerant rapidos nemoroſa per auia curſus:
Et nemorum latebras penetrant, incluſa ferarum
Agmina proturbant curſu, et fugientibus inſtant.
Aſt alius denſum nemus, aut loca peruia ſeruat,

Atque

Atque veru figit valido latratibus acta
Agmina saeua premens, aliusque alta ad iuga montis,
Aut sola sub rupe canes tenet, aut tenet arma;
Quadrupedum obseruans adituque abituque ferarum.
Dum vero lepores, per littora curua fugaces
Hyrtacus insequitur, sequitur quem fida canum vis,
Pastoresque gregum multi, rurique coloni;
Turbatos fontis Lamon reparare liquores,
Reddere et ablatos horto curabat honores,
Area odoratos monstrabat laeta colores.
Tantus amor, studiumque horti, et noua cura, laborque;
Vt prius irrigui fontes sata culta rigabant,
Atque satos circum frutices, herbasque virentes
Clausa senex tenuit; namque illis septa diebus,
Incepto incumbent operi: Daphnisque laborum
Tum socius Lamonis erat, Baucisque, Dryasque,
Auxilium moti casuque, et clade ferebant:
Atque operi non laeta aderat pulcherrima Leuce.
Parte alia Meliboeus apes per rura vagantes
Tinnitu multo vacuas reuocabat ad aedes.
Lesbius Actorides linquens sua regia tecta,
Vt semel atque iterum latuit vaga luna, suosque
Collegit rediens coniunctis cornibus ignes,
Innumera famulûm turba comitatus equorumque,
Agrestes strepitu ingenti deuenit ad aedes.
Hic sexaginta nondum compleuerat annos:
At fidens animi, atque armis assuetus, et aequi
Obseruans, superum Regi sua vota, precesque
Fudit: dehinc agrum peragrans cum coniuge, ruris

Ad caelum tollebat opes, curamque colendi:
Vaſlati càſum cui dixerat Hyrtacus horti.
Quem tulerat herus aequo animo, dum rurſus et hortos,
Et ſepem, atque alios frutices reuireſcere vidit.
Vt vero Aurorae lux prima albeſcere coepit,
Tunc Dionyſophanes ſolers contendit ad vndam
Littoream, paſcebat oues vbi candida Leuce,
Et capras Daphnis tanta perterrita virgo
Turba hominum, ſubito in ſyluas aufugit: ibique
Delituit Daphnis paulum perterritus ore
Egregio, dorſumque, et pectus, et ilia caprae
Candentis pelle incinctus: laeuaque tenebat
Paſtorale pedum, nec erat caua fiſtula longe.
Tunc Lamon: Puer iſte tuae gregis optimus eſt dux,
Et cuſtos: cantu et clarus, pariterque cicuta.
Cui quinquaginta capras, geminoſque dediſti
Hos hircos: nunc ſunt bis quinque, tuamque capellae
Centum paſcuntur ſyluam, ſunt cornua quarum
Integra, tum longis villis, et corpore pingui:
Lilia quae ſuperant, atque alba liguſtra colore.
Has docuit parere modis, ſtipulaeque ſonanti.
Hic etenim haud coryli virga ſaliciſue capellas
Paſcentes per prata regit, nemorumque ſub vmbras,
Sed cantu, et plauſu manuum, dulcique cicuta.
Si leuiter ſtipulam hic inflat, tunc protinus omnes
Circumſtant illum caprae capita alta tenentes.
At ſi voce canit, duci vel arundine ſyluis
Paſcuum in vmbriferis; lacta tunc protinus vna
Detondent ſolita dumos in valle virentes.

Sed

Sed ſi terrificos edit caua fiſtula cantus:
Tunc trepidae linquunt multa formidine lucos.
Non aliter, quam ſi per montes impius ipſas
Errantes ageret lupus, aut conualle reducta.
Si vero fundit reuocamen tibia ſyluis:
Ille ſuas reuocat magalia ad ipſa capellas.
Quin etiam dulci ſonitu commotus auenae
Grex tendit viridem in ſyluam, qua currit Anaurus:
Atque ibi fraxinea potus requieſcit in vmbra.
Tunc Dionyſophanis coniunx pulcherrima Daphnim
Alternis ſtipula digitis percurrere iuſſit:
Promittens ſagulum et veſtem, croceoſque cothurnos.
Obſtupuere omnes ſtipulae modulamen et artem.
Dum ſparſas reuocat capras, vel ducit ad alta
Flumina ſub certo ſonitu ſtridentis auenae.
Qui poſtquam videre gregem: tunc prata relinquunt,
Et ſyluas, aulamque petunt, queis prandia Teutras
Laeta parat. cantu reſonant, et plauſibus aedes,
Conualleſque cauae circum; referebat et Echo
Vicina de valle ſonos, voceſque canentum.
Tunc Lycabas primi ſolis ſub lumina fluctus
Verberat aequoreos funda, linoque tenaci,
Squamoſam inuoluens tranquilla ſub aequora gentem.
Et captam adducit contracto fune per vndas
Ad littus. fallit Coryneus arundine piſces
Saxoſum ad flumen, qua ſeſe immergit amaris
Fluctibus: aſt alii luna exoriente cruentam

Intra tecta ferunt praedam clamore, ferarumque
Eripiunt coſtis pellem, ſquamaſque natantum
Decutiunt ferro, calidiſque imponere prunis
Accingunt ſeſe famuli et carcheſia ponunt:
Atque onerant menſas epulis de more miniſtri.
Nec deerat variae cortis, nemorumque volucres:
Et, quas ſylua, ferae, vel florea pabula paſcunt.
Nec deerant piſces, quos circum flumina, quoſque
Littoreos circum portus, maris educat vnda:
Quoſque lacus liquidi ſeruant, altaeque paludes.
Hic aderat Lycabas clarus piſcator in oris
Aegeis, doctuſque maris cognoſcere gentes,
Quoque modo, quibus inſidiis, quaue arte latentes
Aequore ſub vaſto poſſet quis fallere piſces.
Leſbius hanc Acron docuit: quem fama ferebat
Horribiles ſolitum laqueis innectere phocas.
Quam circum pelagi rupes monſtrauit, et omnes
Scire dolos, arteſque dedit, quis retia ponto
Tenderet, aut longa captaret arundine piſces,
Et multas etiam varia ſub imagine formas
Se vidiſſe refert, ſcopulo et Tritona ſedentem,
Fluctibus in mediis pelagi, qua frangitur vnda.
Cui vaga caeſaries per ſquamea colla fluebat,
Glaucaque ſub viridi radiabant lumina fronte.
Os ſciſſum, deforme, cauum, naresque recuruae,
Delphinum induerat caudam, qua parte reflectit
Hiſpida crura, quibus toto regit ordine curſus.
Ducebant alacres laetis conuiuia lectis.
Tunc Dionyſophanes conuertens lumina verſus

Venan-

Venantes menſa poſitos: carcheſia poſtquam
Lesboa vnanimes menſis vertere ſecundis;
Huc, ait a teneris venatu aſſuetus in altis
Vallibus his et planitie, pariterque paterno
Littore in hoc, breuiter quaedam praecepta docebo:
Non placeat mihi venator, qui luce relicta
Noctem amat, et ſemper fero ſub veſpere tendit
Retia, cumque tenet terras, caelumque tenebris
Humida nox nemorum ſolitas petit impiger vmbras,
Expectatque latens in acuta carice praedas.
Hic mutat rerum ſeriem, conuertit et atras
In tenebras demens claram lucem haud ſine magno
Ipſius, pariterque canum, ſociumque periclo.
Eſſet nunc teſtis Dorilas, ſi viueret, et qui
Iugera multa ſoli prope littora curua tenebat,
Euridamas, quem dum famuli per florea quaerunt
Paſcua, perque nemus frondoſum; tela cruore
Reſperſa, et laceras non vno vulnere veſtes
Diſcerptoſque artus, atque oſſa effracta ferinis
Morſibus agricolae ſylua inuenere ſub alta,
Vaſtatorque canis quondam, terrorque ferarum
Viſceribus late exemptis, ruptiſque iacebat.
Praeterea tibi ſit ſimplex atque aſper amictus,
Non laxus, non pictus acu, non textilis auro,
Non ſit verſicolor, Tyrio non ardeat oſtro,
Commoda, quae fuerit viridi ſaturata colore,
Veſtis erit: (ni fallor) amant viridantia talem
Prata habitum, viridi gaudet nemus omne colore,
Et viridi teretes ſuras include cothurno.

Tutior

Tutior ingreditur tali venator amictu
Frondentes ſemper ſyluas, ſallitque ferarum
Lumina, ſaepe dolos meditans, dum delitet alta
Carice, et inſidias miſeris parat. At tegit alpes
Quum nix alta, rigentque gelu caua flumina, et omnes
Syluarum cecidere comae, nec gramina campis
Apparent, niueo incedes tunc tectus amictu.
Abde domo, criſtamque leuem, phaleraſque ſonantes,
Fraenaque quae late lucent auro, aut orichalco,
Et picturatis radiantia baltea ſignis.
Caerula vela ferunt malo ſuſpenſa feroces
Barcaei, Careſque dolo, pinguntque colore
Caeruleo antemnam, malum, funeſque, ratemque:
Quin etiam ſe caeruleo velamine velant:
Atque improuiſo vexant ſub ſole biremes.
Nam color hic pelago eſt ſimilis, caeloque ſereno,
Cernere nec puppim facile eſt procul alta ſecantem,
Nec certum, natet an puppis, vel ſit maris vnda.
Sit raucum cornu ſocios accire caneſque
Aſſuetum, laeuo ſemper quod pendeat armo.
Hoc dedit Antinoo vitam: nam littora propter
Influit in pelagi vicinus riuulus vndam,
Dum ſequitur foecunda leues per paſcua ceruos
Praeruptam in foueam cecidit, quam denſa tegebant
Viminaque lappaeque et acuta cuſpide ſentes:
Quid faceret? quum iam caelo ſurgentia ſigna
Monſtrarent nitidum noctis decus, et ſua rubro
Dirigeret ſol iam radiantia lumina ponto.
Hic tamen haud trepidus rerum ſpe nixus adunco

In-

Inflauit cornu: quo littora curua repente
Insonuere sonum comites, vocemque sequuti,
Accelerant, foueaque trahunt, densique latebris
Perfossum rigidis iuuenilia sentibus ora.

Non sint saeua tibi catulorum semina cordi:
Non alit Armenias tellus haec Lesbia tigres,
Non lynces, nec nos Lybicis venamur in oris.
Venatorque sequens capreas, non territus horret
A tergo, aut patria depressum in rupe leonem.

Ne permitte canes graueolentem haurire lacunam,
Quae tepidum humorem sudat, sed flumina fessi
Venatu, fonteſque bibant, riuoſque recentes.

Tu tectis suspende plagas, et retia, et arma
Venantum, vt catuli assuescant haec cernere primum;
Inque canum sonitus cornu strepat auribus, illique
Assuescant audire sonos, plaususque virorum,
Et strepitus simul armorum, et parere vocanti.

Nec collo innectes e duris vincula loris,
Nec coniunge pares, vt eant aequalibus ambo
Passibus; aut sylua in magna, aut conualle: nec ipsos
Inuitos, et luctantes sub fornice tecti
Includes, donec sat firma aduenerit aetas.
Nam sese torquent catuli, nituntur et arctis
Per noctem totumque diem se soluere vinclis,
Et tenero quaerunt praesepia rumpere morsu.
Hinc canis obtusum dentem venator, et vngues
Inualidasque animi vires, et corporis artus
Inuenit, et tardos per proxima pascua cursus

Mira-

Miratur, culpamque canes incautus in ipſos
Inſontes ſubito transfert, caeditque flagellis.
Exerce per prata canes, dum firmior aetas
Succedit, nec adhuc tenero ſtat corpore robur,
Et quoties vacuo celeres agis aequore dámas,
Interſint, morſuque feras inuadere tentent,
Atque armos, atque ora lauent, fauceſque cruore.
Degeneres a ſtirpe caua memor occule terra,
Saxa ſuper cumulans; nec dulci ignoſce iuuenta (*tae.*)
Non equa te per prata ferat littuſque, viret qua
Venatrix ſylua: illecebris namque illa videndo
Dulcibus occulto penetrant fera corda veneno
Alipedum hinnitu, quorum nemus omne remugit,
Et circum caua ſaxa ſonant, fugit et fera dumis
Abdita, latratuſque canum ſpe ludit inani,
Venatorque ſequens non praedae aſpirat opimae.
Multi etiam Heroes laudem retulere, nec vnquam
Curarunt populi plauſum, faſceſque ſuperbos;
Sed ſtrati ſubter frondoſae vertice quercus
Inter odoratum ſerpilli gramen, et inter
Narciſſi calthaeque comas, qua ſylua rubentes
Effundit gremio flores, cepere ſoporem.
Veſcunturque canes inter ſocioſque, gregumque
Cuſtodes, niueique bibunt carcheſia lactis:
Et carpunt, quos ſponte tulit ſylua ardua fructus.
Dum paſſim ſtrepitant inter dumeta volucres,
Quam felix ille eſt, ſpreuit qui limina regum,
Et canibus ſectatur apros; aut inſtruit vrſis
Inſidias, et ab vrbe procul totum exigit aeuum,

Et

Et durata ſuis ſale terga, aut terga iuuencae,
Aut coctas menſis ſubter loca frondea ponit,
Et laetus parto fruitur, dapibuſque ferinis;
Leſboumque merum permiſcens dulcibus vndis,
Atque animis aequat Parthorum regna potentum.
Corporeas auget vires venatus, et audit
Ille magis, cito nec membris venit aegra ſenectus:
Quumque venit, virides annos, animique vigorem
Non aufert. nec vere nouo, quum ducit apum rex
Fulgentes per prata ſuos herboſa Quirites:
Queis virides halant Caſiae, et beneolens Narciſſus:
Herbarum haud ſumptis curat ſua corpora ſuccis,
Regalem aut ſcindit ferrata cuſpide venam:
Pratorumque color varius, nemorumque virentum
Delectant oculorum acies, acuuntque videndo.
Moerebat Lamon metuens diſcedere Daphnim,
Quem Dionyſophanes vrbana ad moenia duci
Iuſſerat, vxori famulum vt daret, et dare velle
Se promittebat geminos pro Daphnide ſeruos,
Qui laetas agerent dumeta per aſpera capras.
In thalamum ille igitur lacrymanſque dolenſque vocauit
Phyllida: mox, inquit, miſeri ſumus, o mea Phylli.
Nam cum ruris herus dilecti celſa relinquet
Hoſpitia, vrbanaſque petet cum coniuge ſedes,
Abducet ſecum Daphnim: nouus aduena capras
Tecto nobiſcum paſcet permiſtus eodem.
Expoſitum ſylua Daphnim, inuentumque ſilebo?
Et facti ſeriem totius? dic, age. At illa:

Non

Non equidem. Sed tu posita in penetralibus esser
Indicia, et primos inuenti infantis amictus.
Mox postquam sublatae epulae et carchesia mensis;
Ipse aulam ingreditur, placito et sermone profatur:
Quae Dionysophanes referam tibi nunc ego, non sunt
Ambages. non est e nostro sanguine Daphnis
Progenitus: mea nec coniunx est mater, at ille
Est alio natus genitore, aliaque parente.
Hunc etenim puerum sylua exposuere parentes:
Natorum queis turba domi, pariterque nepotum
Forsan erat. Daphnim hunc dumis, vmbrisque iacentem
Inueni: cui capra dabat bina vbera, tamquam
Vera parens, quam condidimus tellure sub alta
Post mortem, pinos prope funestasque cupressos,
Sustinuit quae matris onus. Sic fatus obortis
Impleuit lacrymis oculos, suspiria Lamon
Longa trahens. turbatus herus non vera referri:
Callida sed figmenta putat Lamonis. At ille:
Nunc, here, sume graues de me et de Phyllide poenas:
Si non vera senex tibi rettulit omnia Lamon.
Tunc Dionysophanis coniunx: tu dic mihi, Lamon,
Quid nunc damna times? geminos pro Daphnide seruos
Corpore praestanti accipies. Et ad ora mariti
Se vertens inquit: Hunc fingere talia credas?
Est puer ille quidem praeclara stirpe creatus,
Non vili. Senior nos hic non ludit, at ipsum
Indicia haec proferre iube. Tunc Phyllis abiuit

Accele-

Accelerans trepido paſſu : ſubito omnia ſecum
Allatura, quibus poſſent ea credere, quae tunc
Audierant, redienſque tulit monumenta reperta.
Vt vero auratumque enſem, capulumque Elephanto
Candenti ornatum, Tyriumque intentus amictum,
Et paruum ex auro torquem proſpexit, ibi amens
Exclamat: Noſco gladium, puroque monile
Ex auro, et chlamydem Tyriam. Pro conditor orbis
Nota tegis rerum cuſtos et operta recludis.
Clamat et immiſcet lacrymis noua gaudia fuſis.
Ad caeli genitor tollebat ſidera palmas,
Oſculaque indiciis figebat multa repertis.
Tunc iuſſit natum acciri, miſitque Medonta
Ilicet in ſyluas, vt duceret ante parentis
Conſpectum capras paſcentem ad littora Daphnim.
Qui poſtquam magna famulum comitante caterua
Tendentem proſpexit iter caua littora verſus,
Proiecit ſubito calamos, veſtemque reliquit,
Atque ferebatur verſus caua littora curſu
Praecipiti, velut acta ratis ſpumoſa per alta,
Cum tempeſtates, Borea comitante, ſonoras
Diſcordes glomerant Eurus violentus et Auſter.
Nam pedibus volucres Boreae trucis anxius alas
Addiderat timor infuſus per pallida membra.
Imprudens puer inſidias horrere ſequentum
Atque capi metuens, in caerula lata volebat
Se iacere e ſcopulo, vitamque effundere in vndis.
Vt vero domino famulos, vocemque ſequentum
Agnouit, ſubito curſumque metumque remiſit.

Nam Rhodius clamabat Acon: Ah quid fugis? audi
Me, precor. ipse tuus genitor, et sedula mater
Expectat, iam siste gradum, vanumque timorem
Pelle tuo, precor, ex animo: namque omnia nunc nunc
Detexit domino Lamon, vidi ipse ego cuncta.
Ne credas tibi me modo somnia vana referre.

Tunc Daphnis sistit procuruo in littore gressus.
Quem famuli circumsistunt, dominumque salutant
Et Dionysophanis sub regia culmina ducunt.
Adductum vt natum gemini videre parentes:
Haeserunt pueri collo, amplexusque dederunt.

At mater gremio natum laetata fouebat,
Alloquiis mulcens blandis: nolebat et ille
Linquere complexus verae genetricis et ora:
Et paene est animo dilectam oblitus amantem.
Vsque adeo generis natura est credula nostri.
Induit is vestes, postquam deuenit in aulam,
Purpureas, auro illusas: qui haud secus, ac sol,
Effulsit, sese Eoo cum tollit ab ortu,
Quas secum attulerat iuuenis Lycus, et puer Idas,
Actoridae clara consanguinitate propinqui.
Nam matrem formosam oculis referebat et ore:
Et claram virtutem animo, roburque parentis.
Audiit ille libens dicentem talia patrem:

O nate, vxorem duxi pubentibus annis:
Quae multos peperit natos, et te quoque, quem tunc
Exposui, veluti foetum iam luce carentem.
Pars bello occubuere graui, partem abstulit annus
Noxius, atque vrbem vastauit ciuibus, agrosque

Agri-

Agricolis paene extinctis. tu, nate, parentem
Ne me ipsum incusa: sic me impellebat egestas.
Et tunc te posui inuitus. nec vallibus olim
In patriis, o nate, tuas pauisse capellas
Poeniteat. puer Assaraci de sanguine, duxit
Ad liquidos fontes armenta in collibus Idae.
Non te maior auis opibusque est ciuis in vrbe,
Quam colimus, sumptisque tuo patre clarior armis:
Solus opes, nostramque domum, nate optime, seruas.
Lamoni vero capras, quas Daphnis ad aequor
Pascebas, partem et nemoris, stabulumque domumque
Concessit, pinguisque soli tria iugera dono,
Et signata boum effigie centum dedit aera.
Tunc alacris puer exiluit, pauciſque parentem
Alloquitur: Percepi animo cuncta haec ego, quae tu
Dixisti, sed nunc sitientes ducere capras
Ad solitos fontes tendo, nam sueta propinquat
Hora die: quae me expectant notamque cicutam.
Lentus ego hic sedeo capras oblitus et hoedos.
Riserunt tunc suaue viri, quod septa gregesque
Curaret proprios haeres inopinus: et illum
Detinuit Dionysophanes: virideſque repente
In siluas seruumque (*seruum*) misit, colleſque propinquos.
Fama rei cunctas Lesbi pentrauerat oras,
(Nam Dionysophanes bello spectatus et armis
Clarus erat, proauiſque potens, et diuite censu)
Esse viro natum praestanti corpore nuper
Inuentum, simas pascentem rure capellas.

Audierat patri grates egisse supremo
Actoridem, Daphnimque simul, moestissima virgo,
Mollia dum pecudes tonderent gramina morsu,
Quae sub syluarum frondes vmbrasque sedebat,
Quaeque solent laesi, referebat, non sine multis
Lamentis. Mox sic dixit: Sors saeua nouauit
Hei miserae mutata fidem: data foedera Daphnis
Perfidus hac sylua rupit, qui non sua curat,
Nec mea verba leuis, renouataque foedera quondam:
Me numquam deserturum, capraeque reliquit,
Meque simul, voluitque nouas sub pectore taedas
Forsitan ille ferus, nostros exosus amores.
Sed viuat Daphnis felix, ego Daphnide posthac
Non viuam amisso, nec pascam his vallibus vltra.
Ipse Dryas. sed cum Daphnim inuenisse parentes
Audisset Phrygio ex Lycaba, decreuit adire
Actore progenitum, seriemque exponere facti.
Nec mora, dum suaues auras captaret in vmbra
Arborea, Clearistе vna cum coniuge, et ipso
Daphnide, et aethereas iam sol conscenderet oras,
Et dextra laeuaque polum spectaret vtrumque,
Ipse Dryas hortum ingreditur, sicque ore profatur:
O Dionysophane, similis casus mihi quondam
Euenit, qui Lamoni: cogitque fateri
Hac ignota tenus cunctis non est mea Leuce
Progenies: mea non illi dedit vbera coniunx:
Ast illam nutriuit ouis. Namque illa puellas
Orsilochi insignes forma, et florentibus annis
Ore refert roseo: non matrem Baucida, non me

Pasto-

Paſtorem plenum rugis, turpique ſenecta.
Ipſe etenim, dum ſector ouem per prata, puellam
Inueni hanc antro expoſitam prope littoris oram.
Reſpice ad haec, quae ſunt monumenta reperta puellae:
Quae non conueniunt paſtori, ciuibus apta
Sunt magis. Interea vos veſtigate parentes
Pubentis Leuces, quae veſtro digna videtur
Daphnide, voſque illos ſociali iungite taeda.
Namque vna ſemper ſyluis, iuxtaque profundum
Pauerunt pecudes, et amatus amauit amantem.
Haec illi ſenior ſic ore affatus amico eſt.
Nec Dionyſophanes ſenioris verba Dryantis
Negligit, et Daphnis ſupplex humiliſque rogabat
Actoridem, vt ſtabili vellet ſibi iungere Leucen
Connubio. Indicia et poſtquam pictoſque cothurnos
Atque auro illuſam, et picto ſub tegmine laenam
Vidit, et ornatam mitra: ſe vertit ad ipſam
Actorides laetus Leucen, dehinc talia fatur:
Fide animis tamquam caro ſociata marito.
Ne dubita: inuenies et tu quoque virgo parentes.
Forma erat inſigni Leuce, formoſior at quum
Induit auratas veſtes, auroque capillos
Implicuit, lymphaque manus, atque abluit ora,
Ornatus formam addiderat. ceu ſi quis in auro
Includit Parium lapidem, laeueſque Hyacinthos.
Quid dicam? vix hanc Lamon, Daphniſque Dryaſque
Ornatam gemmis, et talibus agnoſcebant
Veſtibus: atque huius genitorem haud eſſe Dryantem
Indiciis ſic, quis noſſet. Tunc inclytus vrbem

Lesboam Actorides multis comitatus adiuit:
Atque suas vbi peruenit cum coniuge sedes:
Mandauit fieri mediis conuiuia tectis.
Primoresque vrbis, ciuesque, suosque vocauit
Affines, facti euentum quibus explicat omnem.
Mirantur cuncti flagrantia Daphnidis ora,
Ore fremunt omnes, inuento et Daphnide gaudent.
Aurea sed postquam mensis sublata fuerunt
Pocula, regalesque epulae, cunctique silerent:
Afferri calathum iussit, quo condita Leuces
Mitra erat, atque vna vestis croceique cothurni,
Virginis expositae indicia, et monumenta reperta.
Quae Dionysophanes sumpsit, circumque ferebat
Conuiuas calathum, argento signisque decorum,
Et casum inuenti narrabat Daphnidis: vtque
Ipse Dryas illi monumenta haec virginis olim
Expositae dederit, quam secum duxit in vrbem.
Quam tamen haud voluit: geniali accumbere mensae.
Spectabant intenti oculos auresque reperta
Indicia; ast manibus geminis ea saepe reuoluens
Agnouit tunc Thesprotus, mox talia fatur:
O ciues, mea sunt haec omnia, et haec tua Leuce
Est, Dionysophane, sanguis meus. An mea nata
Viuit? an haec aliquis portauit munera ludens,
Inque tuas venere manus? tu dic mihi quando?
Ille autem: Referam, dixit. Tua filia quondam,
Non longe a pelago viridi est inuenta sub antro,
Vbere quam nutribat ouis sub rupe: Dryasque
Sustulit, atque aluit sub agrestis culmine tecti:
Huncque ouium demum custodem fecit: at illa
Lanigeras syluis pecudes pascebat in altis.
Postquam autem senior Daphnim inuenisse parentes
Agnouit, subito properans me accessit, et omnem
Narrauit seriem facti, donoque puellam
Concessit, quae nata tua est, (vt dicis) et ipsam

E tha-

E thalamo iubet acciri, quae protinus illi
Adſtitit, atque genu flexo venerata parentem eſt.
Laetitia pater exultans ceruice pependit
Illius. At poſtquam natae illacrymantis inhaeſit
Complexu, tergens lacrymantia lumina dixit:
Ipſe ego diues eram iuuenili aetate, paternas
Sed mala ſors exhauſit opes, caſuſque ſiniſtros
Vos ſcitis: dederitque mihi quae damna triremis
Olim, cum Siculo facta eſt iactura profundo.
Tempore, quo tenues coniunx mea lucis in auras
Edidit hanc, ego triſtis eram: duramque timebam
Pauperiem, et varios caſus, atque aſpera bella.
Tunc natam expoſui moerens lacrymansque gemensque.
Priſtina ſed poſtquam redierunt tempora, noſterque
Aſſiduus labor in rebus ſucceſſit agendis:
Emerſi damno, et rediit res ampla, ſimulque
Affluere ipſe opibus coepi, ſed prole carebam,
Vnde meis mea nata bonis gratiſſima venit.
Tunc Dionyſophanes inquit: cape cuncta puellae
Indicia, et natam pariter. ſicque hunc ego quondam
Expoſui, tuque hanc, quos nunc inuenimus. Vtque
Lanigeros pauere greges hirtaſque capellas,
Vnanimes ſic hos iungemus foedere firmo
Connubii. Senior laudauit dicta loquentis
Theſprotus ſigna adſpiciens manifeſta: Peredim
Aduocat vxorem, dicens: haec noſtra Nealce,
Expoſita a nobis quondam, eſt inuenta, Dryas quam
Nutriit, at mater natam complexa, rigabat
Laetitia vultum lacrymis, gremioque fouebat.
Dein Leuce et Daphnis precibus petiere parentes,
Vt liceat ſyluas, et amata reuiſere rura,
Et notos olim fontes, rorantiaque antra,
Atque ſimul ruri taedas celebrare iugales.
Cederet aurorae ſed cum nox atra rubenti,

Quae ſecum informes tenebras, radiantiaque aſtra
Duxerat: actutum cuncti aſcendere quadrigas,
Inque ſuas venere domos, et agreſtia tecta.
Interea inſtituere altis conuiuia ſyluis.
Ipſe ſenex aderat Lamon, Phylliſque, Dryaſque
Et Baucis, conſors thalami, Damonque, Philetas
Filius, atque ſoror, taedas ſortita iugales,
Licenium, nigriſque oculis Theleſilla comiſque:
Dehinc Leuces genitor conceſſit tecta Dryantis
Ruſtica, quae ſpectant littus, pecudeſque, nemuſque
Vicinum ſtabulis, vinetaque proxima ponto:
Et partem haud tenuem campi, veſteſque hyemales.
At Dionyſophanes, Siculo non more, parabat
Regifico menſas luxu: ſed agreſtibus illas
Ornabat dapibus, pecudum quas virgea ſepta
Mittebat, famuli non hic argentea menſis
Pocula, ſed facta ex humili poſuere myrica,
Eſſe merum nectar dicebant Leſbia vina.
Et veteres cantus Lycidas memorabat arator:
Quos olim meſſor patriis cantabat in aruis.
Paſtoreſque alii laudabant priſtina ſaecla,
Et ſua: quos et tunc ritus ſeruare ſolebat
Ante aras paſtor, faceret cum ſacra quotannis:
Et quae ſubridens referebat vinitor, vuas
Alternis mites pedibus dum calcat, et haurit
Muſta lacu, dictis homines quoſcunque laceſſens.
Primi ducebant choreas Lamonque, Dryaſque:
Hoſque ſequebantur iuuenes teneraeque puellae
Atque ſenes alii, quamuis incurua ſenectus
Inſtaret, regeretque albos vitta alba capillos.
Interea pedibus choreas dum laeta iuuentus
Plauderet, atque Mycon ſtipula ſtrideret ad aures:
Ceſſabat tondere pecus prata herbida, tamquam
Laetitiae et feſtae lucis non inſcia turba.
Et Daphnis Leuceque greges, velut ante, ciebant

Nomi-

Nomine, quas Daphnis dextra mulcebat, et vlmi
Veſca dabat folia, et ſalicis cum cortice frondes.
Atque tenens manibus caprarum cornua, fronti
Oſcula multa dabat, recolens ſeſe vbera caprae
Suxiſſe, et vitam ſiluis duxiſſe paternis
Paſcentem per prata greges cum coniuge Leuce.
Quid dicam? iam tecta ingens agreſtia plauſus
Implebat: atque orta recens iam noctis imago
Caelum inuoluebat tenebris; lumenque nitentes
Amiſſum ob ſolis radios, curſuſque redibat
Sideribus; celſique decus remeabat Olympi:
Nam tunc fulgebat primis noua luna diebus.
Tunc Lycabas: Iam veſper adeſt, conſurgite menſis,
Et paſſim laetis reſonent clamoribus aedes;
Et totae omnibus (*ominibus*) reſonent felicibus aedes.
Nec mora, odoratis perfundunt ignibus auras:
Et Leucem inuiſunt Daphnimque torumque iugalem.
Qui prius intrarant, cum nox accederet, vda
Balnea, et abluerant ſeſe bene olentibus vndis.
Inde nuces prope veſtibulum de more miniſtri
Certatim ſpargunt. Damon Lycidaſque viciſſim
Diſparibus calamis ſocialia carmina fundunt.
Vt ſitiunt cane ab Icario ſemuſta calore
Gramina caeleſtes pluuias: ſic laeta iuuentus
Speratam hanc optant noctem, taedasque iugales.
Vtque mari vaſto, nimiumque furentibus Euris,
Iactati huc illuc nautae, quum fulmina caelo
Cum ſonitu demiſſa cadunt, inuiſere portus
Exoptant: ita feſſus amans connubia laeta.
Vlmus amat, gaudetque incingi palmite vitis.
Vitis amat gaudetque adiungi frondibus vlmi.
Sic noua nupta nouo gaudet ſociata marito:
Sic et ſponſus amans complecti gaudet amantem.
Fert lolium non culta ſeges: dominatur et aſper

Carduus et denſis vepribus horret ager.
Totus odoratum fundit bene cultus Amomum:
Quicquid et Indorum fertilis ora parit.
Sic experta virum virgo, primoſque labores,
Optato patri pignora chara dabit.
Coniuge tu tali felix es Daphnis, et illa
Te tali felix eſt coniuge: pulcher vterque
Diues vterque etiam: parilique in flore iuuenta.
Parque illis fortuna fuit, parque exitus illis.
Sit matri ac patri ſimilis ventura propago:
Quae forma referat genetricem, et robore patrem.
Paſtores mixti agricolis diuerſa canebant
Carmina, tum vitreae Oenonis Paridiſque hymenaeos;
Dantque incompoſitos motus ſtridentis auenae
Ad ſonitum: aſt alii praecincti tempora myrto
Accenſas portant taedas ante ora canentum,
Agreſteſque ſonant laetae concentibus aedes.
Heroum quando celebrant connubia gentes,
Antoni PERENOTTE, ſolent arceſſere certos,
Inſignesque viros fidibus, qui carmine laudes
Sponſorum alterno referant nomenque genusque
Amborum, thalamo quos iunxit caelicolum Rex.
Pellibus incinctus pecudum nec diſplicet Alcon,
Lanigeri pecudis cuſtos in vallibus altis,
Dum ſedet, et tenui deducit arundine carmen,
Laudans ipſe etiam taedas, et facta parentum.
Sic ego nunc, PERENOTTE, tui non immemor vnquam,
Dum reget hos artus caeli ſpiralibus aura,
Poſt magnos vates, qui te coluere, coluntque,
Intexuntque ſuis merito tua nomina chartis,
Expoſitos cecini deducto carmine Daphnim
Et Leucen rapidum Tyberini ad fluminis amnem.

ADDEN-

ADDENDA
EX IVNGERMANIANIS.

Pag. 6. n. 10.

Καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμῆσαι, παιδία ἐκκείμενα] Comma post κοσμῆσαι deleui, sententia exigente.

p. 10. n. 2. Πόλις ἐστὶ Λέσβε Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλὴ] Pulchrae epitheto illam ornat quoque *Horat.* 1. epist. 11.

Incolumis Rhodos, et Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre niualibus aruis.

Strab. lib. 13, Ἔχει δ' ἡ Μιτυλήνη λιμένας δύο, ὧν ὁ ἑτέρος κλειστὸς τριήρεσι, καὶ ἐν ναυσὶ πεντήκοντα. ὁ δὲ βόρειος μέγας καὶ βαθὺς, γώματι σκεπαζόμενος. πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησίον μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι προοικούμενον κατεσκευασμένον δὲ τοῖς πᾶσι καλῶς. *Cicero* contra Rull. ad pop. orat. 1: Mitylenas vocat, *vrbem et natura, situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine inprimis nobilem, agros iucundos et fertiles.* v. et *Muretus* 9. Var. 16. vbi locum hunc nostri auctoris laudat. v. et *Diod. Sicul.* lib. 13.

p. 12. n. 7. Καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι, ἐκτεταμένης ψυχαγώγιον μαλθακῆς] Molesta remora in limine quasi fuit obiecta. Locus enim omnino adfectus, cuius sanandi ratio haut me torsit solum. Sed omnino veram puto lectionem, quae partim in C. Flor. partim in Vrs. est: καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἐπ' ἠίονος ἐκτεταμένης ψάμμῳ μαλθακῇ. Et hanc in mea tralatione expressi. Eo magis, quod auctor infra L. 3. ipsam quasi firmet, de eodem situ loquens. Est autem sermo de Daphnide, in litore quaerente argenti plenum marsupium: κατῆλθεν ἐπὶ θάλασσαν, ὡς

ὡς περιῤῥάναθαι θέλων, καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου πλησίον τῆς κυματώδους γῆς ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τριχιλίας. Patet et ex libr. 2. vbi capellae Daphnidis a canibus Methymnaeorum agitatae ad mare procurrunt: ἔχουσαι δὲ, ait, οὐδὲν ἐν ψάμμῳ τρώξιμον. Quod ipsum mox Daphnis ἀπολογούμενος repetit: οὐ γὰρ εἶχον ἐν ψάμμῳ πόαν ἢ κόμαρον ἢ θύμον.

p. 12. n. 11. Λόχμη κάτω βάτων] Illud κάτω non est in C. Flor. Et bene, si quid iudico.

Ibid. Η αἶξ θέουσα] Similia plane illa Var. L. 4. Rer. diu. apud *Non.* in *Specus.* Ibi *cum amissam capram desiderarent, animaduertissentque specum tenebricosum.*

p 16. n. 17. Γνωρίσματα] *Hesych.* Γνωρίσματα, τὰ συνεκτιθεμένα τοῖς παισὶν ἔξω τῶν περιδεῤῥαίων. Talium saepe quoque mentio apud *Heliodor.* de Chariclea. v. doctiss. *Casaub.* ad Theoph. Char. c. περὶ ἀρεσκ. vbi de γνωρίσμασι, quae *Cic. Plaut. Terent. crepundia* vel *monimenta* dixerunt.

p. 22. Λρήμασι καὶ θεάμασι] Legend. omnino εὑρήματι. Sic mox: θεῖον δήτι νομίσας τὸ εὕρημα. Et statim: τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα· δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα.

Νυμφῶν ἄντρον] Specus et speluncae antiquae, quemadmodum luci, sacrae et dicatae diis. *Senec.* Ep. 41. *Apul.* init. Florid. vbi *P. Colvius.* Orpheus hymn. Nymphar. eas inter alia vocat Αντροχαρεῖς.

Αὐλοὶ πλάγιοι] Πλάγια αὐλήματα *Heliodor.* L. 5. *Iul. Scalig.* 1. Poet. 20. *Hae omnes* (tibiae) *ab summo inflabantur directo flatu; Afri primi inuenerunt eam cui Plagion et Plagiaulon fecere nomen: non quod esset curua, vt quidam sunt arbitrati.* (Ex Polluce namque referunt Lexicographi πλαγίαυλον fuisse obliquo ductu ex loto) *sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum et Germanica.*

p. 34.

p. 34. n. 2. Η δὲ τοσούτοιν δυοῖν ἀποδεόντοιν] An? τοσούτων.

p. 36. Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην] Videtur leg. Δάφνιν τε καὶ etc.

p. 38. Σκιρτήματα ποιμνίων] *Heliodor.* L. 5. de anulo, cuius ſcalptura paſtoralis: ἐγέγραπτο καὶ ἀρνειῶν ἁπαλὰ σκιρτήματα, etc.

Ibid. Εβόμβουν] Apes in pratis bombitabant. Bombitare, non Bombilare, rectum puto, a Bombio. Vet. gloſſ. βομβῶ, *Bombio.* Auctor Eleg. de Philomela: *Bombilat ore legens munera mellis apes.* vbi *Bombitat* legendum puto. Quod et Gifanio Ind. Luc. in *Perſice* placuiſſe olim gaudeo.

Ibid. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωδίας, οἱ παλαιοὶ] F. et V. εὐωρίας οἱ ἁπαλοὶ P. Et videtur haec lectio omnino vera et recta, vt fere omnes, quos κριτικώτατος ille Vrſinus approbauit.

Ibid. Στεφανίσκοις πλέκοντες] Gloſſ. *Plectitur*, πλέκεται. *Plecto*, πλέκω. Et hinc *corona plectilis* apud *Plaut.* Bacc. ſc. 1. vt intelligo; non conſuta vel conſerta, ſed tantum plexa ex nudis herbis et floribus.

p. 40. n. 4. Ακριδοθήραν] F. et V. ἀκρίδοθήκην. Sed alterum rectius. Amat n. ſuauiſſ. Longus ſuauiſſ. Theocriti (quod Clariſſ. et amiciſſ. *Heinſius* adnotauit) verba vſurpare. *Theocr.* autem Idyl. 1. Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν, Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων, etc.

p. 44. Οργυιῶν .... τὸ βάθος] Defectus, qui videtur tollendus, ſi legamus cum C. F. et V. ὀργυιᾶς τὸ β. etc. quod probat et Vrſ.

INDEX

INDEX

EORVM QVAE ANIMADVERSIONIBVS HISCE CONTINENTVR

a. PRIOREM COLVMNAM. b. POSTERIOREM NOTAT. a. ET b. VTRAMQVE.

A.

Accipiter, Marti sacer, p. 152 b.
Ακριδοθήρα, p 40 a.
Adpectorari, quid. p. 464 a. et 465 a. b.
Αετός, p. 153 a.
Αηδών, p. 150 b.
Aloe, p. 364 b.
Αλσες, p. 5 a.
Altus sopor, p. 70 b.
Αλφηστής, p. 15 a.
Amantes rebus sibi missis oscula figunt, p 78 a.
Se inuicem malis petunt, p. 78 b.
Miseri, p. 162 a.
Sunt proni in lachrymas, p. 484 b.
Dicuntur ardere, p. 168 b.
Dicuntur κακῶς φρονοῦντες, p. 166 b.
Saepius mori optant, p. 477 a.
Amantibus tribuitur insomnia, p. 161 b. 301 a. b. et 480 b.
Amantium nugae, p. 78 b.
Illorum mos in bibendo, ibidem.
Amor, quid in puero, in virgine, in sene, p. 307 b.
Maximus furor, p. 166 b.
Amor zelotypiae et suspicionis plenus, p. 476 a.
Medicinam non admittit, p. 165 a. b.
Magicis artibus conciliatur, abigitur, ibidem.
Amori sunt pennae, sagittae, faces, p. 169 b.
Amoris occulti multa indicia, p. 484 b.
Ανακλητικόν, p. 439 b.
Anas, vnde dicta, p. 180 b.
Anchises quis, a Venere adamatus, p. 447 b.
Anima transfundi credebatur osculis, p. 52 b.
Anima vndis pereuntium non credebatur ad inferos descendere, p. 226 b.

Anoma-

Anomalia casus Graecis familiaris, p. 293 b.
Ἀνθοσμίας οἶνος, p. 98 b.
Antra antiquis religiosa, p. 23 a. b.
In antro sua carmina fecit Homerus, p. 23 b.
Ἄντρον, vnde dictum, p. 22 b.
Apes delectantur thymo, p. 197 b.
Apollo Laomedonti seruiuit, p. 435 a. b.
Ἐκάεργος vocatus ab Homero, p. 292 b.
Aqua ablui solebant, qui exsequiis interfuerant, p. 124 a.
Aquilae senecta, p. 153 a.
Ἀσπὶς, p. 266 b.
Ἄσυλος, nomen proprium, p. 421 a.
Athenienses Pani immolabant hircum, p. 216 a.
Αὐλὴ, p. 286 b.
Αὔλοι πλάγιοι, p. 27 a.

B.

Bacchus ex India deuicta redux, sublimis in elephante Thebas venit, p. 403 a. b.
Basium quid, p. 52 b.
Credebatur basio anima posse transfundi, ibid.
Boeotia vniuersa Baccho sacra facit, p. 401.
Bombus apicularum est, p. 39 a.
Bos in stabulo, p. 451 a.
Boues fistulae sonum sequuntur, p. 105 a.
Lugent pastorem, p. 122 b.
Bobus triturabant frumentum apud veteres, p. 377 a.
Βοὸς πόρος, p. 113 b.
Βράγχιος, p. 448 a.
Bryaxis, nomen Ducis, p. 228 a.
Bucephalus Alexandri publice elatus, p. 455 a.

C.

Calcei aurei, inaurati, p. 30 b.
Cameli calceabantur, p. 142 b.
Canes catenarii, p. 138 a.
Vestigatores, p. 192 a.
Cantus, post sublata fercula, p. 300 a.
Cantus et musica conuiuii erat additamentum, ibidem b.
Captiuis a tergo ligantur manus, p. 188 b.
Καπυρὸν γελᾶν, p. 149 a.
Carissima in vita rogo iniiciebantur, p. 120 a.
Catamiti emasculati, molles, concubini, p. 426 b.
Καταλέγειν, p. 266 a. b.
Catulire quid, p. 317 a.
Κήρυκες, quales fuerint aetate Homeri, p. 268 a.
Celeusma, p. 339 b. et 340 a. b.
Κελευστὴς, p. 338 a. b.
Ceruorum cornua diis dedicata, p. 237. a.

Χλαμύδιον quid, quis eius inuentor, et vnde dicatur. p. 14 a.
Chloe, nomen puellae, quae nupsit Daphnidi, p. 34 a.
Χρύσων, p. 183 b.
Cibum de mensa mittere magnates olim solent iis, quos prae aliis diligebant, p. 440 a.
Κίχλη, p. 284 b.
Cicadae vnde generentur, p. 88 a. b. Quomodo sonum edant, ibidem.
Cithara et lyra canebant vrbani, p. 108 a.
Classis, quid et vnde dicatur, p. 203 a. b.
Κλεαρίστη, nomen mulieris, vnde dicatur, p. 437 b.
Clinopale, p. 332 a.
Κνημίς, p. 111 b.
Cognati parentalibus interesse debent, p. 116 a.
Coenam in tres partes diuisere veteres, p. 299 a. b.
Coenae sine sanguine, p. 495 a.
Coitio prima acerba, p. 332 b.
Comam osculari, p. 334 a.
Comarus, scomaron caprarum pabulum, p. 196 b.
Comporatio, cuius finis, p. 241 a.
Concha, Panis tuba, p. 222 a
Κόψιχος, p. 283 a.
Cor ludicram artem facit, p. 162 b.
Corona quercina, p. 50 a.
Coronis in conuiuiis capita cingebant et quare, p. 308 b.
Coronis ornabantur statuae, p. 312 a.
Corpus lauacris pulchrius redditur, p. 488 a.
Κόρυμβοι, p. 397 a.
Crater quotuplex, p. 297 a. b.
Crater vltimus, p. 492 a.
Nouem hominum millia ex eodem bibisse cratere, p. 298 a.
Κρεσίδυος, qualis cantus, p. 515 a.
Cupido, quo sit colore, p. 145 a.
Deorum antiquissimus, p. 153 a.
Item deorum natu minimus, p. 154 b.
Alatum fingunt poetae, et quare, p. 157 b.
Gemini huic tribuuntur arcus, p. 158 a. b.
Iuuenta gaudet, p. 159 a.
Omnibus imperat, p. 160 b.
Sappho primum huic vestem tribuit, p. 145 b.
Cursores serui, p. 407 b.
Cygni, an aetate consecti canant? p. 151 b.
Κύκνος, vnde dictus, p. 151 a. b.
Κυματωγή, p. 367 b.

D.

Daphnis, quale nomen, p. 22 a.

Defun-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Defunctis gratissima quae fuerant, vna flammis tradebantur, p. 123 b.
Delphin, deque eo fabula, p. 230 b. et 231 a. b.
Vtrum delphines tempestates praesagiant, p. 231 b.
Dextra fidei testis: etiam symbolum amoris, p. 385 b. et 386 a. b.
Dionysophanes, pater Daphnidis, vnde dictus, p. 457 a.
Dolia noui vini, quando aperiebantur, p. 134 a.
Δόναξ, quid, 248 b.
Dorco, nomen pastoris, p. 55 a.
Drachma, quid sit, p. 366 a.
Dryas, nomen proprium, unde dicatur, p. 22 b.
Δρυάδες et ἁμαδρυάδες, p. 345 a.
Duplex donorum genus, 409 a.

E.

Echo Nympha, mutata in saxum, amata a Narcisso, 164 b.
Imago dicta, p. 342 a.
Quid sit re vera, ibidem.
Echus imaginem egregie descripsit Ausonius, p. 350 a.
Ἐκφερων, p. 357 b.
Ἔλειοι, p. 345 a.
Emasculator, p. 426 a.
Ἐμπαροίνημα, p. 450 a. b.
Ἐμπύρευμα, p. 103 a.
Encomboma, p. 245 b.
Equi lacrymas fuderunt, p. 123 b.
Εὔριπος, vnde dictus, p. 11 a.
Euripus, quas significationes habeat, ibidem b.
Euripis vino plenis nauales circenses exhibuit Heliogabalus, p. 12 a.

F.

Facere aliquando obscoenae significationis est, p. 318 b.
Faces praeferebantur sponsae, p. 513 a.
Has patrimi et matrimi praeferebant, p. 514 a.
Quinque in nuptiis accendi solitae, ibidem.
Quaenam harum materia, ibidem.
Faemina formosa facile mouet spectantem, p. 490 b.
Omnibus simulacris emendatior, p. 491 b.
Fatale, verbum poetis magis vsitatum, p. 289 b.
Ferae, quando maxime saeuiunt, p. 43 b.
Ferarum pelles diis suspendebant, p. 239 a.
Fistulae figura, p. 42 b. et 43 a.
Fistula obliqua, p. 27 a. b. et p. 28 a.
Qualis in nuptiis, qualis in moerore, p. 43 a.
Fistulas legare suis familiaribus solent pastores, p. 107 a.

Fistulae in magno pretio apud pastores, ibidem b.
Erat rusticorum instrumentum, ibidem.
Forma acutior telo, p. 83 b.
Frater membrum tui corporis, p. 469 a.
Fratres se mutuo amare debent, p. 469 b.
Frigus vt Graecis ὑποκαίειν, sic Latinis dicitur adurere, p. 302 a. b. et 303 a. b.
Quomodo vrat, ibidem.
Frugum primitias, quibus, et quomodo, obtulerint, p. 137 b.
Funeri, quotquot aderant, lustrabantur aqua, p. 124 b.

G.

Galeas, qua forma gestauerint veteres, p. 59 b.
Galli ter nocte canunt, p. 274 a.
Ganymedes, p. 448 b.
Gaulus, p. 76 b. et 77 a.
Genua amplectebantur, exorare volentes, p. 442 b.
habebantur sedes miserationis, ibidem.
Gladios gestabant magnates, quorum capuli erant eburnei, p. 16 a.
Gnatho, nomen proprium parasiti, vnde dicatur, p. 425 a.
Γνωρίσματα, p. 16 b.
Graeci infantibus expositis semper apponebant γνωρίσματα, et quo fine, p. 466 a. b.
Γυνὴ, pro foemina, non amplius virgine, accipitur, p. 333 a. b.

H.

Habeor, pro existimor, credor, p. 481 a.
Hedera Baccho sacra, et quare p. 308 a. b.
Amoris symbolum, p. 235 a.
Hemiola, p. 95, 96. et 97 a. b.
Heroes pelles gestabant, p. 59 b.
Ἡμιθωράκιον, p. 98 a.
Hinnuli pellis Satyrorum gestamen, p. 76 a.
Ἵππαρος, proprium nomen Ducis, p. 267 b.
Hirci pili, p. 275 a.
Hirsuta pellis, veterum Graecorum gestamen, p. 434 a.
Hirundines non admisit Pythagoras, p. 87 a.
Sunt carniuorae, ibidem.
Hispanus instrumentorum omnium sonum voce imitatur, p. 348 b.
Hortator remigum, p. 338 a. b.
Hyagnis primus in canendo manus discapedinauit, 418 a.
Hyacinthius, p. 446 b.
Hyeme conuiuia ruricolae agitabant, p. 279 a.
Hymenaeus, iuuenis formosus, p. 492 b.
Carmen etiam nuptiale, et quod eius fuerit initium, p. 493 a. b.
Hyme-

Hymenaeus erat et felicioris vitae acclamatio, p. 495 a.
Vnde dictus, ibidem.
Hymnus, qualis fuerit, quem canebant manipulorum victores, p. 502 b.

I.

Ignis, flamma, ardor, incendium amantibus tribuuntur, p. 168 b et 169 a.
Imago, vnde dicta, p. 342 a.
Imitatio Homerica duplex, p. 292 b.
Infanti quando imponebatur nomen? quo nomine dies ille dictus? item, quae dona illi oblata? cuiusmodi nomina imposita? p. 20 b.
Inferiarum nomine quae continentur, p. 121 a.
Instrumenta, quibus inopes victum quaeritauerant, ad meliorem euecti fortunam, diis consecrare solent, p. 473 b.
Inuenio pro adipiscor, p. 272 a.
Ἰσόπεδον, p. 45 b.
Itys, quis, p. 312 a.
Iupiter, Seruator dictus, p. 471 a. b.

L.

Labrum, p. 48 a. b.
Lac offerebatur mortuis, p. 121 a.
Lac pingue, p. 328 b.
Lachrymare prae gaudio, prae moerore, quae causa, p. 461 a. b.
Lactis vsus in sacrificiis, p. 210 a. b.
Lamon, pastoris nomen, vnde dicatur: qui praeterea hoc nomine appellati, p. 35 a.
Lampis, nomen pastoris, vnde dictus, p. 412 b.
Lares praestites vocati, p. 432 b.
Leaena pro catulis pugnans, p. 44 b.
Lecto in eodem accumbere, p. 318 a.
Λεπιδωτὰ, p. 110 a.
Λέσβος, vnde dicta, p. 4 b.
Lesbus, male audiit, ibidem a.
Lex aduersus locustas, p. 41 a.
Ligurio a λιγυρὸς, p. 439 a. b.
Liquefieri per metaphoram de voluptatibus dicitur, p. 316 a.
Lityersa, Midae filius, p. 506 b.
ab Hercule interfectus, p. 507 a.
Locustae perniciosae; earum descriptio, p. 40 a. b.
Longuriones, p. 2 a.
Longus, nomen auctoris pastoralium, p. 2 a.
Stilum eius non nouerant quidam librorum censores, p. 4 a.
Lorica hamata, plumata, p. 110 b. et 111 a.
Lucus antiquis sacer, p. 5 b.
Lupi ex ore seruatus, p. 66 a.

Lupus famelicus, p. 43 b.
rapinae addictus, p. 44 a.
Luscinia, vnde dicta, p. 150 b.
Λυκάιτον, p. 322 a.
Lycurgus vinctus, p. 400 b.
Lyra, cithara, instrumenta vrbanorum erant, p. 108 a.

M.

Mala in somniis rem veneream portendunt, p. 79 b.
Mali ἀγλαόκαρποι Graecis dicuntur, p. 388 b.
Malis se inuicem petere, amantium est, p. 78 b.
Malis ludere amicitiae symbolum, p. 80 a.
Malum amoris symbolum, 79 a.
Est in praesidio Veneris, ibidem.
Manum osculandam prehendere, humilitatis nota, p. 442 a.
Manus a tergo ligabantur captiuis, p. 188 b.
Manus porrigere, signum beneuolentiae, p. 149 a.
Marsyae fabula, p. 416 a. seq.
Matres apud Graecos solent δᾳδεχοῦν, h. e. faces praeferre in nuptiis, p. 514 b.
Μαῦλαμα, quid, p. 26 a.
Mel insaniosum, p. 84 b.
Μελιάδες, quaenam et vnde dictae, p. 344 b.
Melle loco sacchari vsi sunt veteres, p. 84 a.
Μέλος, quid, p. 252 b.
Mensam vacuam tollere nefas, p. 295 b. et 296 a.
Tres mensae apud veteres, p. 299 a. b.
Item quae secundae mensae, ibidem a.
In secunda mensa maiora adhibebantur pocula, p. 298 a.
Mercurio euntes cubitum libabant, p. 495 b.
Μεσαιτόλιος, p. 431 a.
Messorum cantilena, p. 506 b.
Μετέωρος ναῦς, p. 218 b.
Methymna, p. 265 b.
Μνᾶσθαι, p. 358 a.
Mitra, quid, vnde dicta, p. 29 b.
Μίτυλήνη, quid, vnde dicta, 10 a.
Modula, p. 349 a.
Monimenta, monumenta, 16 b.
Quam variis nominibus appellentur, ibid. cur veteres addiderint illa expositis, p. 17 a.
Moribundi futura praedicere solent, p. 104 a. b.
Mors, quae aquis infertur, animae exitial. habebatur, 227 a.
Mortui sepeliendi, p. 117 a.
Mulierum nomina, a floribus, herbis, arboribus deducta, p. 34 b. et 500 b.
Mulieris aspectus telum est, p. 83 b.
Musica epulis adhibita, p. 300 a.

Musica inter pastores primum nata, p. 348 a. b.
Μύριοι, p. 504 a.
Μυρτάλη, vnde, p. 296 a.
Myrtus sacra Veneri, p. 148 b.

N.

Napeae, p. 6 b.
Νάπη, p. 308 a.
Narcisso adamata nympha Echo, p. 164 b.
Nauis praetoria, p. 228 a. b.
Nauis cum auibus collata, 387 a.
Necessitas omnia docuit, 112 b.
Noctua, noctis domina dicta, p. 516 a.
Cur antiquitas Aesculapio noctuam appinxerit, ib. b.
Estque noctua victoriae signum, prudentiae simulacrum, ibidem.
Nudare corpora lasciuorum est, p. 318 a.
Numa Pompilius dolo cepit Faunum atque Picum, p. 489 a.
Νύμφη, quid, vnde dicta, p. 5 b.
Nymphae ἐπιμηλίδες, p. 261 b.
Nymphae pro statuis, et ipsarum imaginibus, p. 503 b.
nudis incedebant pedibus, p. 24 a.
illarum brachia ad vsque humeros nuda, ibidem.

O.

Ocreis in bello quomodo vsi sint veteres, p. 111 b.
Oculos in terram deiicere, verecundiae signum, p. 436 a. b.
Oop, p. 341 a.
Orgia Bacchi celebrata clamoribus, p. 310 b.
Ὀργυιὰ, p. 45 a.
Ornatrices quae, p. 81 a.
Ὡς ἔιχε, p. 329 a.
Osculum, quid, p. 52 b.
Osculis vis quaedam inest arcana, p. 71 b.
Osculum cor ferit, p. 53 a. b.
Osculabantur olim comam, caput, pectus, oculos, p. 334 a. b.
Ὠτίδες, p. 181 a. b.
Ὀξύη, Ὀξύα, p. 206 a. b.

P.

Paederastes, p. 426 a. b.
Παλάθη, p. 336 a.
Palumbes pastoribus acceptus, p. 92 a.
Pan amauit Pityn, p. 163 b.
Dicitur libidinosus, ib. a.
Pan et Boreas corriuales, 162 b.
Pan, bellator, p. 214 a.
Musicus, p. 215 b. et 216 a.
Primus calamos coniunxit, p. 42 a. et 249 a.
Pan, pastorum numen, semicaper, p. 163 a.
Offerebatur illi hircus coleatus, p. 216 a.
Panicus terror, p. 222 b.
Panis descriptio, p. 200 a. et 215 a. b.
Paradisus, p. 177 a.

Parasiti, quales seculo priori, quales posteriori, p. 421 b. et 422 a b.
Ventres dicti, p. 425 b.
Paridis iudicium, p 390 b.
Pastores legare amicis fistulas solent, p. 107 a.
Pastor Hispanus omnes concentus, et sonos accurate aemulabatur, p. 348 b.
Pastorum tria genera, imo plura, p. 3 b.
Patratio, p. 176 a.
Patrimi et matrimi qui, 514 a.
Pax praeferenda bello, 272 a. b.
Paedico, p. 426 a.
Πᾶτμα, quid, p. 100 a.
Penthei fabula, p. 401 a.
Perdicum natura, p. 146 a. b.
Perdices dolosae, p. 147 a. b.
Perisscelis, quid sit, et vnde dicatur, p. 31 b.
Persarum veneratio regum, p. 296 a. b.
Pes vel crus perdicis, p. 146 b.
Phalangia, vbi attigerint hominem, a mente alienant, 71 b.
Φάττα, p. 285 a.
Phileras, nomen pastoris, 243 b.
Item nomen poetae, qui, ne raperetur a vento, plumbum gestare solebat, p. 244 a.
Φιλοσόφων, p. 126 a.
Pinus sacra Pani, p. 163 b.
Pisces saxatiles, p. 180 a.
Pityn amauit Pan, p. 163 b.
Pitys mutata in pinum, ibidem.
Πλέθρον, vnde dictum, et quid sit, p. 395 a. b.
Pocula capaciora adhibita in mensa secunda, p. 297 a. b.
Poetae implorant Musas, p. 9 a.
Ποιμενικὰ, p. 3 b.
Πόρπη χρυσῆ, p. 15 b.
Πότον ποιεῖσθαι, p. 241 a.
Praetoria nauis, p. 288 a. b.
Pronubae quae, p. 513 a.
Propinqui ad exequias venire debent, p. 116 b.
Προτοφορήματα, p. 311 b.
Προξενῶν, p. 359 b.
Ψάρος, p. 198 a.
Purpura quid, res magni pretii, p. 15 a.

R.

Ramos sociare, p. 398 a.
Remos attollere, p. 338 a.
Reno, p. 139 a.
Retinacula, p. 101 a.
Rhode, nomen mulieris, vnde dicatur, p. 500 a.
Rosae credebantur habere vim quandam conciliandi amorem, p. 353 b.
Rosae laus, p. 354 b.
Rustici hyberno tempore conuiuia agitant, p. 279 a.
Rusticorum vita felix et laus eius, p. 502 b.

S.

Saltatio in honorem Bacchi, p. 253 a.
Saltator omnia gestibus exprimens, p. 254 b. et 255 a.
Satyrorum et Silenorum gestamen fuit pellis hinnuli, p. 76 a.
Satyri Epistatae Bacchi, p. 136 a. b. vnde nomen habeant, ibidem.
Σκαφίδιος, p. 404 b.
Scommata apud quos olim in vsu, quomodo exercenda, p. 508 a.
Σκόπος, p. 445 b.
Scipionum cognomen vnde, p. 468 b.
Semele, mater Bacchi, p. 400 a.
Semicanus, p. 431 a.
Senes loquaces, p. 242 a.
Sepulchra floribus ornant, p. 118 b.
Cur serta amaranthi addita. p. 119 a.
Sepulturae vbique gentium honos tributus, p. 115 b.
Sepulchri honor adamatis bestiis exhibitus, p. 454 a. b. et p. 455 a. b.
Sepulchris imponebantur, quae defunctis in vita maxime fuerant cara, p. 120 a.
Sepultura est mortuorum honor, p. 115 b.
Sepulchrum, quo maius, eo honestius, p. 117 b.
Iniicere terram cadaueribus, variis modis Graeci ac Latini dixerunt, p. 118 a.
Sepulchri modus, et mensura, ibidem b.
Seruus, quod suum est, nihil habet, p. 382 b.
Σισύρα, p. 139 a.
Σίττα, quid, p. 69 a.
Sol occidere dicitur miseris, atque infelicibus, p. 281 b.
Σωφροσύνη, nomen mulieris, p. 461. a.
Σώραχος, p. 132 a.
Σῶροι, p. 500.
Σπαργάνοις, nobiliores a plebeiis distinguebantur, p. 7.
Σφιγγᾶι, p. 315 a. b.
Sponsa ad lectum deducebatur, inque eo a foeminis collocabatur, p. 511 a.
Sponsis ad thalamum deductis, et in eo collocatis, cur ad fores alta voce cecinerint, 115 a
Stadium, quid, p. 245 a.
Statuae coronabantur, p. 312 a.
Στέλος, p. 203 a.
Sturnus, p. 198 a. b.
Suspendere, de re sacra dicitur, p. 125 b.

T.

Telestes, saltator eximius, p. 244 b.

Θάλα-

Θάλαμος, quid et vnde dictus, p. 512 a.
Thales, irrisus, p. 47 a.
Θερμὸς, p. 419 b.
Thymus et thymum, p. 197 a. b.
Tibiae maiores sacris, minores τοῖς εὐωχίαις, conuiuiis adhibitae, p. 244 b.
Tibiae nuptiales, p. 55 b.
Tityrus, pastoris filii nomen, vnde dicatur, p. 240. a. b.
Vulgo pastorum famuli hoc nomine notantur, ibidem.
Torus, vnde dictus, p. 505 a.
Super toris etiam epulabantur, ibidem b.
Tribula, et tribulum, quid, p. 375 a.
eius loco flagellis hodie vtuntur, ibidem.
Danid tribulis vsus est ad plectendos homines, ibidem b.
Trierarchia, magna dignitas apud Athenienses, p. 499 b.
Est munus publicum et sumptuosum, ibidem a.
Trierarchus fuit pater Demosthenis, p. 499 b.
Triturandi modus, iumentis inactis, p. 378 a.
Tunica quadrata fibula constricta, p. 460 b.
Turdorum tria genera, p. 284 b.

V.

Veneris simulachrum, p. 79 b.
Venus, grata, dulcis, p. 320 a.
Eius dulcedinem amor in coniugio conglutinatur, ibidem.
Vento destitutus remos adhibe, p. 236 b.
Vestalium virginum constupratarum supplicium, p. 467 b.
Vestimenta lacerare, et disrumpere doloris et summae indignationis indicium, p. 414 a.
Vestis virum ornat, p. 486 b.
Viam ire, p. 310 b.
Vicini in pretio, p. 380 a. et 381 a. b.
Videre, quod ante pedes, p. 46 b.
Vinum, amoris pabulum, p. 430 b.
Lac Veneris, p. 259 a.
Vinum Lesbium antiquis in pretio erat, p. 424 a.
Vinum nouum non gustabant Romani, neque fruges nondum libatis sacerdoti primitiis, p. 240 a.
Vinum nouum, quando gustarint veteres, p. 134 a.
Vinum animum inflammat, et reddit hominem audaciorem, p. 258 a. b.
Vita vitalis, p. 441 b.
Violae duplices, p. 144 a. b.
Vlmi cortex, vim contrahendi habet, p. 65 a.
Vnus aliquis, p. 305 b.
Vocis calendarum deriuatio, p. 411 b.
Vulnera, aqua abluebant veteres, p. 64 a.
Vuae, vel ollares, vel pensiles, p. 408 a.

Z.

Zona, quid, p. 25 a.
Erat in mundo muliebri, ib.

VITEMBERGAE
LITTERIS C. C. DERRII ACAD. A TYPIS

M-92604

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО
УНІВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова